

præesse : Omnes esse Angelos tenebrarum , qui ex divino præcepto inviti missi sunt ad ministrandum ea nocte ipsi , & sociis , precibus , inquit , Matris Dei , & illius vexilliferi Patris vestri. Quibus dictis totum evanuit , quod ibidem structum cernebatur ; se autem cum sociis in nemoroso antro , atque in nuda humo invenit Generalis , & excitatis sociis in laudibus divinis reliquam noctem usque ad auroram quæ jam instabat , vigiles duxerunt , & surgentes , iter progressi , ad Conventum Ordinis pervenerunt. Simile quid contigit in meritum Obedientiæ duobus Fratribus apud Perusium missis. Sic expresse refert Wadingus novissime Romæ impressus , typis Rochi Bernabo tom. 3. fol. 172. num. 5. ad annum Christi 1247.

- 35 * Attendendæ sunt sequentes resolutiones. In una enim *Mutinensi sub die 12. Novembris 1664.* Sacra Congregatio Concil. censuit , petitam facultatem recitandi Matutinum , esse Oratoribus concedendam post Completorium præcedentis diei , pro arbitrio tamen Episcopi , & dummodo lapsa sit hora tertia post meridiem. Et semper requiri arbitrium , seu licentiam Episcopi habetur novissime decisum à Benedicto XIII. in suo Brevi sub die 8. Julii 1726. contra Capitulum Papiense. In Interamnen. sub die 24. Maii 1674. fuerunt ab Episcopo proposita , & à Sac. Congregatione. Concil. resoluta sequentia dubia.

In Visitatione suæ Cathedralis Ecclesiæ reperit Dominus Episcopus Interamnensis nonnullos abusos circa servitium Chori , quos cum eliminare cupiat , supplex quærit ex hac Sac. Congreg. : An tolerandum sit.

Primo , quod diebus festis Matutino præsentibus habeantur , ac proinde punctis non mulctentur , qui non nisi absoluta primo Nocturno , videlicet post Psalmos tres , totidemque Lectiones recitatas , Choro intersint.

Secundo , diebus vero ferialibus , qui non nisi absolutis sex Psalmis.

Tertio , quod sacris Processionibus distributiones assignatæ non sint , sed contra contumaces poena dumtaxat trium librarum ceræ constituta , quæ numquam exigi consuevit.

Quarto , & an prænarratus modus interveniendi possit etiam ratione consuetudinis immemorabilis tolerari ?

Sacra &c. Ad primum respondit non esse tolerandum. Idem ad secundum respondit. Ad tertium respondit exigendam esse poenam præscriptam. Ad quartum , non suffragari contrariam consuetudinem.

- 38 Matutinum non est segregandum à Laudibus sine causa , quæ optima suppetit Ecclesiæ sejungenti Matutinum à Laudibus Noctæ Natalis Domini. *Instit. Eccles. 24. §. 9.*

- 39 Peccat etiam venialiter , qui sine legitima causa horam non servat , ut ex D. Thoma , *ibidem* , §. 9.

- 40 Hora recitandi Matutinum die præcedenti incipit post exactas tres quartas partes diei , ut in Calendario Romano adnotatum est. *Ibid.* §. 10.

Alia ad rem : Vide *verb. Officium Divinum.* *

MAUSOLEUM.

*** Locus ille , ubi cadaver humatur , diversis nominibus appellari consuevit , nempe cœmeterium , polyandrum , monumentum , arca , tumulus , mausoleum , sarcophagus , ergastulum , cenotaphium , sedes , domus æterna , sedes sacra , quies , & de singulis probant singillatim Franciscus Maria Samuelius in *Praxi de sepult. tract. 5. disp. 1. contrav. 3.* Murga tom. 1. *disquis. mor. tract. 3. in præmio.* Mausoleum proprie est sepulcrum Principis , dictum à Mausolo Rege Carie , de quo Jul. Laurus , *de prisco funerandi more* , cap. 6. num. 12. ***

MEDIATORES LITIS.

*** MEDIATORES litis & negotii sunt qui negotiis , quæ per medias personas agi solent , operam derunt. Sic Cicero *lib. 1. de Offic.* Aliter ab aliis hujusmodi Mediatores accipi videntur ; aliqui enim pro conciliatoribus , & proxenetis contractuum , alii pro illis accipiunt , apud quos res litigiosa deponitur ; & Cujacius *lib. 8. observ. cap. 13.* motus auctoritate Harmenopuli *lib. 1. prompt. cap. 6.* pro arbitris accipit. Utcumque vero sit , constat , hujusmodi mediatores cogi non posse ad testimonium dicendum , ut ex novella 90. Justiniani ; *cap. Quoniam* ; ratio est quia cum cognitores ipsius negotii & executores fuerint , æquum non est , ut testimonium proferant in causa , cui patrocinium præstiterunt. Sed de hoc fusius Auctor noster *verbo Testis.* ***

MEDICUS.

SUMMARIUM.

- 1 *MEDICUS* tenetur ante omnia suadere infirmis Confessionem peccatorum.
- 2 Medicus nullus potest Doctoratum accipere , nisi juret se observaturum , quod ultra tertium diem non visitabit infirmum , nisi hic vocet ad se Confessarium , nisi rationabilis casu excuset.
- 3 Et si ultra tertium diem continuet visitationem , & curam infirmi nondum confessi , subjaceat excommunicationi majori latæ sententiæ summo Pontifici , & Episcopis locorum private , & respective reservatæ , aliisque gravissimis penis.
- 4 Medici , & Chirurghi à Communitate conducti tenentur gratis curare Ecclesiasticos utriusque Cleri , prout alios cives.
- 5 Non solum personæ ecclesiasticæ , sed nec etiam alii viventes earum expensis , & in earum domibus tonentur ad contributionem pro salario Medici.
- 6 Medici tenentur curare gratis pauperes infirmos.
- 7 Medici , sive Physici , sive Chirurghi non possunt inire societatem cum aromataris.
- 8 Medici Judæi non possunt à Christianis vocari in suis infirmitatibus , nisi nullus alius adsit , vel excellens sit aliquis in eis.
- 9 Medicus confugitus exiens ad curandum Ordinarium sub cautione sibi ab ipso facta debet omnino restitui.
- 10 Medicus inquisitus compositionis venenatæ , ac multis propinatæ , mandante Sanctissimo , extrahitur ab Ecclesia , & retinetur in carceribus nomine Papæ.
- 11 In causa mortis ex veneno secutæ Sanctissimus dat facultatem examinandi Sacerdotem Medicum , & consignandi examen Curie seculari absque incursu Irregularitatis.
- 12 Medicus Monialium non debet esse minor quinquaginta annis , ubi Medicorum penuria non adest.
- 13 Medici , & Chirurghi ordinarii debent habere licentiam generalem ingrediendi clausuram etiam de nocte in casibus urgentis necessitatis , in aliis non ordinariis requiritur specialis.
- 14 Debent tamen associari , eisque assisti cum infirma tractantibus.
- 15 Medicus extraordinarius permitti non debet Monialibus , nisi in gravi infirmitate.
- 16 Et quando ordinarius non invenit remedium , vel est impeditus , ad num. 17.
- 17 In casu , quo Episcopus ex aliqua rationabili , & honesta causa extraordinarium concederet , medi-

dicamenta necessaria ab eodem ordinata solvenda erunt à monasterio, non autem à Monialibus, quæ opera Medici extraordinarii usæ fuerunt.

- 19 An, & quando Clerici, & Religiosi possint exercere artem Medicinæ, & Chirurgiæ remissive.
- 20 Medicus peritus promoveri potest ad Sacros Ordines, si conscientiam habet, quod ex sua causa aliquis non sit mortuus: Secus autem, si de morte alicujus ex sua causa eum sua conscientia remordeat.
- 21 Medicus tenetur sub gravi obligatione habere sufficientem scientiam, sive peritiam.
- 22 Medicus in medicamentis applicandis tenetur sub gravi sequi sententias certas, & securas relictis incertis, & dubiis.
- 23 Si autem medicamenta certa & secunda non occurrant, debet applicare probabiliora, & tutiora.
- 24 Potest tamen Medicus per accidens applicare medicamenta minus tuta, si nempe infirmus non possit, aut nolit medicamenta pretiosa solvere.
- 25 Medicus gravissime peccat, si solum experiendi gratia incerta, & inexplorata medicamenta applicet infirmo.
- 26 Si autem infirmus extreme laboret, & nulla sit spes de ejus salute, nec adsit nisi remedium dubium, tunc accedente consensu ipsius infirmi, vel ejus consanguineorum potest Medicus illud applicare.
- 27 Medicus potest, vel non, applicare prægnantibus ea remedia, quæ possunt, vel non, licite sumere ipsæ prægnantes, remissive.
- 28 Medicus graviter peccat, si suadeat infirmo aliquod remedium Dei honori, vel præcepto contrarium.
- 29 Medicus de se nullam habet facultatem dispensandi in jejuniis, vel in esu carniis: Et si facili, & sine necessitate declaret aliquem non obligari ad jejunium, seu ad abstinentiam carniis, peccat graviter.
- 30 Medicus quando peccet, vel non, abstrahendo eos, qui alios frequentant, remissive.
- 31 Medici sunt honorandi, & expenditur quo sensu pæna sit incidere in manus Medici.
- 32 Subnectuntur supplementa Auctoris, ad num. 44.

1 **MEDICUS** tenetur ante omnia suadere infirmis Confessionem peccatorum, alias ipse Medicus ab Ecclesia arceatur: cap. Cum infirmitas 13. de Pœnit. & remissionibus, & novissime id innovavit, & statuit Benedictus XIII. in Concilio Romano celebrato ann. 1725. tit. 32. de Pœnit. & remissionibus cap. 1.

2 Medicus nullum potest doctoratum accipere, nisi juret se observaturum, quod ultra tertium diem non visitabit infirmum, nisi hic vocet ad se confessarium, nisi si rationabilis causa excuset. S. Pius V. constit. 3. incip. Super gregem: innovata à Benedicto XIII. loc. cit. Et si ultra tertium diem continuet visitationem, & curam infirmi nondum confessi, subjicit excommunicationi majori latæ sententiæ Summo Pontifici, & Episcopis locorum private, & respective reservatæ, & possunt puniri etiam aliis gravissimis pœnis. S. Pius V. in cit. constit. incip. Super gregem: & Benedictus XIII. in citat. Concilio Romano tit. 32. de pœnit. & remissionibus in appendice ad ipsum Concilium Romanum §. 28. Ordini ad Avvertimenti intorno all' obbligazione de' Medici nella cura spirituale degl' infermi, ubi plura ad rem.

4 Medici, & Chirurghi à communitate conducti tenentur gratis curare Ecclesiasticos utriusque Cleri, prout alios cives, sive salarium recipiant ex redditibus publicis, sive ex contributione taxæ per communitatem impositæ. In hoc tamen secundo casu potest Ordinarius permittere, ut per Ecclesiasticos detur annua contributio, seu recognitio voluntaria, & proportionata. Sac. Congreg. Immunitatis in Amalphantana 9. Decemb. 1631. lib. 2. dec. Paulucc. pag. 105. in Spoletana 23. Augusti 1633. lib. 2. dec. Paulucc. pag. 169. in Pampilonen. 9. Octobris 1635. lib. 2. dec. Paulucc. pag. 236. in Nazarena 5. April. 1661. lib. dec. Rocci pag. 329. & plura.

ra alia decreta refert ad rem Pignatell. tom. 3. consil. 25. num. 5.

Non solum personæ ecclesiasticæ, sed nec etiam alii viventes earum expensis, & in earum domibus tenentur ad contributionem pro salario Medici. Eadem Sac. Congregat. Immunit. in una civitatis Castellane 12. Decembris 1645. lib. 3. decr. Paulucc. pag. 266. in Ariminen. 4. Maji 1700. lib. 2. decr. Altoviti pag. 268. Pignatell. cit. consult. 25. num. 5.

Medici tenentur ex præcepto charitatis gratis curare pauperes infirmos. Glossa communiter recepta in c. Si quis 1. dist. 83. verb. Inferas, ibi: Medicus gratis tenetur curare pauperem infirmum, quia plus debet valere vita illius, quam propria pecunia. S. Antoninus 3. part. tit. 7. cap. 1. §. 1. ibi: Pauperibus non valentibus solvere, gratis mederi debet, & non se ab eorum cura abstrahere, quia hoc esset indirecte occidere, mortem enim probatur languentibus inferre, qui hanc, cum potest, non excludit, quod Sanctus collegit ex distinct. 83. §. Providendum.

Medici, sive Physici, sive Chirurghi non possunt initiare societatem cum aromataris. Gregorius XIII. constit. incip. Cum officio: 7

Medici judæi non possunt à christianis vocari in suis infirmitatibus, nisi nullus alius adsit, vel excellens sit aliquis in eis; & hoc præceptum à Parochis curandum est observari, & quolibet anno decretum hoc est publicandum. Concil. Sabinen. cap. 22. Gregorius XIII. constit. 64. incip. Alias: 8

Medicus confugitus exiens ad curandum Ordinarium infirmum sub cautione sibi facta ab Ordinario, nihil agendum fore contra ipsum, debet omnino restitui. Sac. Congr. Immun. in nullius Arini tertiæ Augusti 1694. leg. 1. dec. Vallem. pag. 137.

Medicus inquisitus compositionis venenatæ, ac multis propinatæ, mandante Sanctissimo extrahitur ab ecclesia, & retinetur in carceribus nomine Sanctitatis suæ. Sac. Congr. Immun. in Ariminen. 7. Octob. 1676. lib. 1. decr. Altoviti pag. 1289.

In casu mortis ex veneno secutæ Sanctissimus dat facultatem examinandi Sacerdotem Medicum, & consignandi examen curiæ seculari absque incurso irregularitatis. Sac. Congr. Imm. in Tropien. 30. Mart. 1694. leg. 1. decr. Vallem. pag. 114.

Medicus Monialium non debet esse minor quinquaginta annis, ubi Medicorum penuria non adest. Sac. Congr. Episcop. & Regul. in Ferrar. 7. Martii 1617. & in Januensi 14. Junii 1625.

Medici & Chirurghi ordinarii debent habere licentiam generalem ingrediendi clausuram etiam de nocte in casibus urgentis necessitatis, in aliis non ordinariis requiritur specialis. Sac. Congr. Episcop. & Regul. in Ferrarien. 2. Julii 1599. & 13. Julii 1605. Debent tamen associari, eisque assisti cum infirma tractantibus. Eadem Sac. Congregat. Episcop. in Parmen. 26. Martii 1601.

Medicus extraordinarius permitti non debet Monialibus, nisi in gravi infirmitate. Ead. Sac. Congregat. Episcop. in Bonon. 8. Julii 1588. in Ferrarien. 6. August. 1601. in Januensi 14. Decembris 1605. & in Mediolan. 25. Maji 1621. Et quando Ordinarius non invenit remedium: Ead. Sac. Congr. Episcop. in Januen. 13. Martii 1621. Vel est impeditus: Ead. Sac. Congr. Episc. in Portugall. 15. Martii 1646.

In casu, quo Episcopus ex aliqua rationabili, & honesta causa extraordinarium concederet, medicamenta necessaria ab eodem ordinata solvenda erunt à monasterio, non autem à Monialibus, quæ opera Medici extraordinarii usæ fuerunt, ut respondit Sac. Congreg. Episcop. in comment. pro monasterio Sactæ Margaritæ Terræ Lucani 11. Decemb. 1699. proponente Eminentiissimo Colloredo, in qua à nonnullis Monialibus prætendebatur, quod medicamenta præscripta à Medico extraordinario deberent solvi sumtibus Monialium, quæ utebantur illius opera.

An, & quando Clerici, & Religiosi possint exercere artem medicinæ, aut chirurgiæ, Vid. verb. Clericus art. 3. à num. 77. ad 82.

- 20 Medicus peritus promoveri potest ad sacros ordines, si conscientiam habet, quod ex sua causa aliquis non sit mortuus; secus autem, si de morte alicujus ex sua causa eum sua conscientia remordeat, *cap. Ad aures 7. de etate & qualit. &c.*
- 21 Medicus tenetur sub gravi obligatione habere sufficientem scientiam, sive peritiam, alias, si absque sufficienti, ac requisita peritia gravem morbum curare tentet, graviter peccat; *communis*. Medicus in medicamentis applicandis tenetur sub gravi sequi sententias certas, & securas, relictis incertis & dubiis; *communis*. Si autem medicamenta certa & secunda non occurrant, debet applicare probabiliora, & tutiora; Navarrus *cap. 25. num. 61. Sanchez lib. 1. mor. c. 9. n. 40.* & alii communiter, quia ultra obligationem generalem charitatis, qua omnes tenentur meliori, seu efficaciori modo, quo possunt, auxilium ferre proximo graviter indigenti, habet Medicus specialem obligationem justitiæ ex pacto saltem implicito inter ipsum, & infirmum de eo curando mediis, & remediis probabilioribus, & certioribus. Potest tamen Medicus per accidens applicare medicamenta minus tuta, si nempe infirmus non possit, aut nolit pretiosa medicamenta solvere, quia in tali casu operatur secundum voluntatem, & conditionem infirmi: *communis*.
- 25 Medicus gravissime peccat, si solum experiendi gratia incerta, & inexplorata medicamenta applicat infirmo; *communis*. Si autem infirmus extreme laboret, & nulla sit spes de ejus salute, nec adsit remedium nisi dubium, de quo scilicet dubitatur, an sit profuturum, vel nociturnum; tunc, accedente consensu ipsius infirmi, vel ejus consanguineorum, potest Medicus illud remedium, seu medicamentum applicare, quia, cum ex una parte vita infirmi jam desperata sit, ex altera parte sit aliqua spes, & adsit consensus aliquis in periculum illud accelerandæ mortis, tunc infirmi negotium utiliter geritur, adeoque Medicus potest in tali casu illud medicamentum dubium, & periculosum adhibere; Layman *lib. 1. tract. 1. cap. 5. Bonacina de peccatis disp. 2. quest. 4. punct. 9. Filiuc. tract. 21. num. 152. Sporer tom. 1. tract. 1. proæmial. cap. 1. sect. 3. numer. 59. & alii communiter.*
- 27 Medicus potest, vel non, applicare prægnantibus ea remedia, quæ possunt, vel non, licite sumere ipsæ prægnantes? Vide *cap. Mater à num. 1. ad 12.*
- 28 Medicus graviter peccat, si suadeat infirmo aliquod remedium Dei honori, vel præcepto contrarium, v. g. incantationem, superstitionem, pollutionem, inebriationem, & hujusmodi: *cap. Nec mirum 14. caus. 26. quest. 5. art. Ad hæc, cap. Cum infirmitatis 13. de pœnit. & remissionibus.*
- 29 Medicus de se nullam habet potestatem dispensandi in jejuniis, vel in esu carniis, sed solum potest declarare uti alius vir prudens, an hic, & nunc aliquis obligetur ad præceptum propter grave damnum, vel incommodum suæ sanitatis. Et si facile, & sine necessitate declaret aliquem non obligari ad jejunium, seu ad abstinentionem carniis, graviter peccat: *Communis*.
- 30 Medicus quando peccat, vel non, abstrahendo eos, qui alios frequentant? Vide *verb. Magister à num. 14. ad 16.*
- 31 Medici honorari debent; Ecclesiasticus enim, qui *cap. 34. vers. 4. nos instruit, quod Altissimus creavit de terra medicamenta, & vir prudens non adhorrebit, illa ibid. v. 1. inquit: Honora Medicum propter necessitatem; etenim illum creavit Altissimus, ac vers. 11. & 12. Da locum Medico: etenim illum Dominus creavit, & non discedet à te, quia opera ejus sunt necessaria. Quod si idem Ecclesiasticus vers. 15. testatur: Qui delinquit in conspectu ejus qui fecit eum, incidet in manus Medici, per id innuitur, quod qui perperam in conspectu agit Creatoris, incidet in morbos, circa quos occupatur Medicus: spiritu namque infecto peccatorum lue necesse est, ut corpus, cui regendo spiritus est accommodatus, languescat, vel etiam tabescat. Psalm. 53. nos alloquitur Propheta: Longe à peccatoribus salus, quia justificationes tuas non exquisierunt. Hinc pec-*

cata magis, magisque discamus in horrorem habere, ut Dominus, cujus est salus *Psalm. 3. elargitur perpetua mentis, & corporis sanitate gaudere, aut ut si infirmitas corpus afficiat, ea sit, quæ virtutem perficiat.*

* Medicos esse nimis faciles in suadenda peculiaribus personis obsevantia quadragesimalis relaxatione, & ideo gravissime super hoc monendos esse ab Episcopis, ne suas animas, sic indulgendo, nimis aggravent, statuit Benedictus, XIV. tom. 1. Const. 130. *incip. Libentissime §. 25. Quamvis ipsi severius consulere soleant, ubi agatur de universali dispensatione: Idem ibid. Medicorum sententiæ exquirendæ, eorumque attestaciones exhibendæ sunt pro obtinenda dispensatione Quadragesimæ pro integra civitate, seu populo: Idem ibid. §. 24. & 25. Et ab ipsis varia observari oportet pro similibus faciendis attestacionibus, nempe discrimen inter morbos constitui, pro quorum aliquibus curandis nequaquam requiritur, ut jusculum, & carnes, loco piscium, olei, & herbarum substituantur; in aliis vero juvare plurimum si sublatis carnibus, cum indicitur jejunium, oleo, vel lacte ægrotantes utantur: Idem ibid. §. 25. (Vid. verb. Jejunium).*

Laici artem medicam vel chirurgicam exercentes ex præscrito suæ artis, etiamsi aliquis ægrotus objecerit, non tamen incurrunt irregularitatem; attamen ad cautelam petunt, & obtinent dispensationem si promoveri ad ordines sacros postulant. Verum ejusmodi breviam non conceduntur, nisi prius audito Episcopo, cui injungitur, ut distincte referat casus omnes animadversione dignos; eorumque peculiare circumstantias, simulque exponat, cujus rei gratia orator ad Ordines sacros promoveri possit. *De synod. diœc. lib. 13. cap. 10. §. 4. nov. edit.*

Sacros vero ordines jam obtinentes, vel etiam minores cum ecclesiastico beneficio, ex præscrito sacrorum canonum necessario debent petere indultum, si medendi artem velint exercere. Hoc vero indultum non obtinetur, nisi exposita causa, nempe quod locus, in quo Orator degit, & profiteri cupit, vel sit pene destitutus, vel non satis illi provisum sit ex Medico laico, vel denique ejus familia tantæ sit egestatis, ut providendum illi sit ex honesto lucro ab arte Clerici percipiendo. *Ibid. §. 6.*

Regulares vero in Missionibus agentes privilegio donantur, ex Bulla potissimum Clementis VII. *incip. Cum sicut::: ut possint exercere artem medicam. Hoc tamen privilegio frui non possunt nisi in ea arte sint periti, & gratis remedia præscribant, ac tandem abstinere ab incisione, & adustione. Denique requiritur, ut non adsint Medici laici, vel sint quidem, at hæretici, vel hebræi, ut ex decreto Congreg. de Propaganda Fide. *ibid. §. 7.**

Regulares ex instituti sui ratione hospitalium, curam & administrationem obtinentes, medicam artem exercere non possunt extra illa hospitalia. *Ibid.*

In prædictis indultis apostolicis Monachis vel Clericis concessis semper apponitur hæc limitatio: *absque incisione & adustione. Ibid. §. 8.*

Clericis secularibus sacris ordinibus insignitis, si concessum fuerit indultum, ut provideant familiæ indigenti; illud durat quoad usque Orator certus ecclesiasticos redditus, vel residentiale beneficium obtinuerit.

Insuper affertur limitatio, ne quid exposcat ab ægrotis, neque enim ecclesiastico seculari Medico prohibetur, ut sponte oblata recipiat, præterquam à veris egenis, à quibus nihil penitus potest accipere. *Ibid.* Regularibus vero indultariis semper datur cum modificativa, ut nihil ab ægrotis recipiant. *Ibid.*

Porro indulta illa Ecclesiasticis, vel Regularibus concedi non solent, nisi prius audito Episcopo testante de viri peritia in ea arte, & de indigentia Medici in ea civitate, vel oppido. Præter ea exquiritur etiam pro Regularibus testimonium Superioris Regularis circa mores illius, qui indultum petit. Si vero non præmittatur testimonium Episcopi, adhuc tamen Pontificii Brevis executio Episcopo committetur, qui commissum munus impleturus de his omnibus certiore se reddere tenetur. *Ibid. §. 9.*

Chirurgiam vero exercere Ecclesiasticis secularibus, &

& Regularibus longe difficilius conceditur, & tunc solum cum omnis omnino Chirurgus laicus deest; quin & tunc sine adustione, & sectione. *Ibid.* §. iv. *

- 45 **¶** Disserendum paullulum de salario Medicorum.
- 46 Ne liceat Medicum debito salario defraudare, legibus constitutum est, ut Magistratus aditus hujus rei causa à Medico, extra ordinem ex officio nobili sine figura judicii, levato, quod ajunt, velo, de salario medicis debito jus dicat, *Leg. 1. ff. de extraord. cognit.* Idque si ve ægrotus convaluerit, sive mortuus sit. Confert *Perez ad tit. Cod. de Professor. & Medic. num. 4.* Num autem medicus privilegio aliquo gaudeat in concursu creditorum? Vide *Berlich. part. 1. concl. 64. num. 95. & seq. Finkelteos in observat. pract. Observ. 98. num. 3. & seq.* (si sit certum, gaudet, & illico solvitur).
- 49 Quod si Medicus jam accepisset salarium à curando, is autem non vi morbi, sed alio modo, puta ab alio interfectus, periisset, haud tenetur ad accepti restitutionem, *C. 1. §. 13. ff. de Var. & extraord. cognit. leg. penult. & ult. C. de condict. ob caus. Ripa de restit. cap. 7. num. 137.*
- 50 Pariter si medico certum salarium quotannis à Republica vel privatis constitutum, isque vita functus sit intra annum, salarium totius anni debetur, propterea quod non mercedem intuitu laborum, sed potius salarium accipit, & per eum non stetit quominus cura defunctus fuerit, *Leg. 1. §. Divus ff. de extraord. cognit. Carpzov. Jurisprud. Forens. part. 2. cap. 51. def. 12. num. 5. Gail. 1. observ. 44. num. 12. (Ad rem lit. M. p. 10. col. 2. in leg. 4. Concordat lex. 9. tit. 8. p. 5. ubi sic stabilitur in Judicibus Curia, domus regia officialibus, & magistris scientiam aliquam edocentibus: verum, etsi à paritate possit idem asseri de medico, per gloss. 2. & 3. D. Greg. Lopez consuetudine non obtineri, neque observari proponitur.)*
- 51 Medicus, cui constitutum est certum salarium in

singulos dies *v. g. X.*, debetur quo fuit in itinere; argum. textus in *L. 20. ff. de oper. Liber.* Quid si medicus discedat tarda jam hora, an pro integro die salarium exigere queat? Distinguendum, utrum medicus causam protracti itineris dederit necne? Priori casu peti haud potest salarium totius diei à curando; potest vero posteriori casu.

Medicus, qui certum salarium annum *v. g. ad tres annos à Communitate constitutum est*, si finito locationis tempore pergat mederi, non videtur tacite reconductus; ita ut non contra Communitatem, sed contra eos quos curavit agere debeat; *Ripa de Peste cap. 7. numer. 124.* (In locatione rerum rusticarum, si finito tempore locationis, per tres, aut plures dies Conductor eas habuerit, ad minus per annum reconductæ, intelliguntur, ita per *leg. 20. tit. 8. p. 5.*).

De eo magna inter Doctores quæstio est: an conventa medicum inter & ægrotum certa mercede pro curando aliquo morbo, teneatur medicus eadem mercede curare, si ægrotus recidivam patiat? Argumenta utrimque militantia affert *Spekhan. centur. 1. quest. 32.* Contra medicum pronunciat *Perez ad tit. C. de profess. & Medic. num. 15.* Distinguendum vero est utrum morbus procedat ex nova causa, an recurrat ex iisdem humoribus, & causa. Priori sane casu non tenetur; posteriori vero casu tenetur, modo non appareat reversum esse morbum ex culpa ægroti, ut si contra præceptum medici vixerit nec ex intervallo, sed incontinenti sit morbus reversus; *Spekhan ubi supra.* Incontinenti autem quando reversus dici queat morbus, non est usquequaque expeditum, utpote certa regula haud definitum, arbitrio Judicis id relinquendum: *Ripa de Peste cap. 7. num. 145.*

De contractibus ægrotum inter & medicum non inutiliter quoque hic agi posset. Sed longiores essemus, quam additionum angusti limites patiuntur. **¶** (Attentis additionibus verbo Aromataria, pag. 233. huic

☉ Si exacte servarentur, quæ in peritiam Medicorum comprehendendam, præventa sunt, nullo ferè in tempore, ignorantia arguerentur, qui hujus artis professionem consequuntur. Posteaquam Baccalaureatus gradum in philosophia, præcisè quacumque Universitate approbata, obtinuerint: per quatuor annorum curricula perfecta Academiam frequentare debent: pro que conclusionibus sustentandis se in publico gymnasio præsto cum sint, ad examen pro gradum medicæ facultatis consequendo, admittuntur: quibus, si quantum determinatum experitur, sui profectus confertur testimonium (1) Quid plus appetendum? aliquid adhuc deest ad ejus exercitium: ni in praxi peritum Medicum duorum annorum spatio comitentur, approbationemque tribunalis, vulgo del *Proto-Medicato* meruerint, utendi simili arte denegatur facultas; (2) si autem, hisce qualitatibus destituti exercitium perhibuerint, proceditur in eos: alio tempore DD. Philippo III. regnante, poena sex millium marapetorum, pro vice prima: duodecim pro secunda; pro tertia denique præter hanc, duobus exulabantur annis. (3) Cum non sufficeret relata assignatio, homines ire contentum, infixam animo nostri D. Regis, ejusdem nominis V. præjudicii saluti humanae inde provenientis memoria, atque vindicta, qua, legum transgressores digni efficiuntur, omnes, nulla facta discretione, medicæ, chirurgicæ, aut pharmacopolæ disciplinæ operam navantes, patientur suis respectivis actionibus quingentorum ducatorum, & relegationis per decem leucas in circuitu loci, ubi sic exercere, poenam, pro prima: pro secunda, quadruplicatur pecuniaria, extra provinciamque exilium extenditur: pro tertia, ultra quadruplum, ad Africana Regis opera per sexennium damnantur. (4)

(1) *Reg. Provis. 24. Januar. 1770. §. 7.* Que al de Bachiller en Medicina ha de preceder necesariamente el de Bachiller en Artes, y ha de justificar el pretendiente, del modo arriba dicho, haber curado quatro años enteros la facultad de Medicina, y haber sustentado en ellos á lo menos un acto público mayor, ó menor. El exámen para este Grado ha de hacerse tambien por los tres Catedráticos mas modernos de Medicina, y no habiendo mas que dos, por otro graduado elegido, como quedá dicho; ha de ser media hora de eleccion, con puntos de veinte y quatro, al texto, ó aforismo que elija el pretendiente entre los tres piques que le tocáren por suerte; responder a los dos argumentos de los Exáminadores, de quarto de hora cada uno, y á las preguntas que por el mismo espacio de tiempo le hará el tercero de los Exáminadores, los cuales votaran tambien secretamente en el mismo General, donde se haya hecho el exámen.

(2) *L. 13. tit. 7. lib. 1. Ibi:* Y no les den las cartas de Bachilleres hasta que cumplan los dos años de práctica, y traigan testimonio autorizado de ello: y mandamos que los Medicos graduados fuera de estos reynos,

Eos,
sean examinados por nuestros Proto-Medicos, antes que puedan curar en nuestros reynos: *L. 6. tit. 16. lib. 3. Ibi:* Y que las Justicias tengan cuidado de castigar á los que excedieren, curando mas enfermedades de aquellas para que tuvieren licencia del dicho Proto-Medicato.

(3) *L. 11. ejusd. §. 15.* Que atento que el reyno está lleno de gentes que curan sin licencia, por ser las penas de la pragmática muy leves de seis mil maravedis: cada vez que se les probáre haber curado sin licencia, y con libertad, y desacato se atreven á curar publicamente en daño, y perjuicio de los naturales de él: mandamos que la dicha pena sea por la primera vez los dichos seis mil maravedis, por la segunda doce mil maravedis, aplicados por tercias partes, Juez, denunciador, y arca del Proto-Medicato, y por la tercera, demas de los dichos doce mil maravedis, dos años de destierro preciso de la Corte, y cinco leguas, y de la ciudad, villa, ó lugar donde sucediere:.

(4) *Reg. Sched. 22. Novemb. 1737.* Por quanto enterado de los muchos que se introducen á Medicos, Cirujanos, y Boticarios, sin tener las calidades prevenidas en las leyes de estos mis reynos, y de que las Jus-

huic *verb.* Suppositis, & *verb.* Notarius, *vers.* De secundo casu: *post med.* nulla hic cunctatio offerenda videbatur, cum ultimus status ostendatur; nihilominus quid amplius demonstrabitur, ad minus ut in dictis Codicibus disposita recognoscantur.

Titulus 16. lib. 4. *For. Reg.* Duas ieges solum comprehendit. *in una* asseritur, à nemi ne, nisi Physicorum populi, ubi est similis ars exercenda, approbatione, Ordinariorum judicum annuentia præcedente, cum Consilii testimonialibus literis, posse hanc professionem in effectum perducere: idem in vulnerum magistris sermone latino *Chirurgis* obtinendum venit; approbatione deficiente, si uterque tam medicam quam chirurgicam artem exercuerit, solidis trecentis Regi applicandis tunc temporis multabatur. *In altera* tractatur de illo professore, qui ægrotum intra certum tempus sanare promisit, nam, si mortuus fuerit infirmus, nequit (*leg. 10. in fin. tit. 8. p. 5.*) pretium conventum in iudicio intendere. Vid. etiam *leg. 9. tit. 15. p. 7. verb.* Restitutio, & *leg. 6. tit. 8. ejusd. p. verb.* Homicidium, *pagin. 138. col. 2.*

Aliquid quoque per *leg. 10. tit. 9. p. 2.* præscribitur: qualitates medicinam profitentium signantur: de illis physicis loquitur ad Principum salutem conservandam, eorumque ægrotudines sanandas destinatis: debent esse in arte periti, experientia ornati, in accidentibus cauti, fideles, & veri: proponuntur rationes, quare in eis hæc requisita inveniri debeant, quia, si peritia deficit, infirmitatum cognitio absdubio deerit: si in-

experti, eorum consilia nètquam proficient: incauti magnis periculis auxilium non præstabunt: fidelitas maxime necessaria, utpote clam operantur: & proditorie delinquere possunt.

Olim juxta *glos. 3. D. Gregor. Lop. ad leg. 3. tit. 18. p. 6.* in qua diversæ numerantur personæ, à tutela, & cura se excusantes, interque eas medici seu physici recensentur, iidem appellabantur *circuitores*, ac *parabolani*, quia ægrotos sanando civitatem circumibant: etsi parabolani idem sint ac valetudinarii seu ægrotorum valetudini incumbentes, secundum *eamdem gloss.* qui multas habent parabolas, intelliguntur.

Specificè, ni fallor, nec in codice *Fori Regii* nec *Septem-Part.* iudices ad dumtaxat cognoscendum de causis ratione excessuum, à dictis professoribus commissorum, subscitatis, non reperiuntur: si memoriæ demandetur *tit. 7. lib. 1. For. Reg. & tit. 4. p. 3.* quilibet assertum comprobabit: solum *in leg. 4. hujus tit.* patefit, inter iudicum species, qui ibi referuntur, eos recenseri qui ab omnibus aliquam (*vid. etiam 2. & verb. Judex*) artem profitentibus, sive ab eorum majore parte ad propria suæ artis iudicanda eliguntur, inter quos forsitan connumerari poterant medicam, & chirurgicam exercentes: eo quod ob eam causam, seu intercedente voluntate regia, cui soli competit, iudicum (*Lit. F. pag. 92. vers.* Nullus ambigit: *in add. hisp. cum leg. 2. tit. 4. p. 3. Lit. D. pag. 46. in addit. hisp. nov. col. 2.*) nominationem efficere, per *leg. 17. tit. 15. lib. 2. Ord. Reg.* tempore DD. Joann. II. promulgatam, de-

cer-

Eos, qui ut supra adnotatur, in chirurgica arte sine examine versantur, poenæ prædictæ amplectuntur; ideo aptari videtur, si hic inserantur, quæ eorum usui aditum patefaciant. Praxis informationem cum facultativo approbatione per quadriennium exercitæ, vitam, mores, & nullam generis labem continentem, illius territorii, ubi instructi fuerint, Syndico Procuratore audito, debent præsentare, qui exercere appetunt in ea; & successive, si in eodem Tribunali approbentur, valebunt hujus artis Chirurgicæ peculiare infirmitates mederi. (1)

Versatus cum Pharmacopola perito per idem tempus, attingens viginti quinque annorum ætatem, latinitatique scientia cum sit præditus, simul ac in eodem prætorio approbationem obtineat, hanc artem ad actum, quilibet sic qualificatus reducere poterit. (2)

Pro-

ticias, y Concejos los admiten facilmente en sus Pueblos respectivos, sin asegurarse antes de las cartas de exámen, y licencias necesarias, como es de su obligacion, naciendo el primer perjuicio de la cortedad de las penas impuestas á los Medicos, Cirujanos, y Boticarios, que sin los requisitos precisos se ofrecen, y arrojan á exercer la facultad que no entienden, ni han estudiado; y el segundo de que las Justicias no quedan responsables de la admision. Por decreto de ocho de este mes, señalado de mi Real mano, dirigido al mi Consejo, me he servido resolver en atencion al interés de la salud pública, á la estimacion correspondiente á cada ciencia, y arte, y al castigo que merecen los transgresores de tan importantes leyes, que sin excepcion, á todos los que se encontraren exerciendo de Medicos, Cirujanos, ó Boticarios, sin la carta de exámen, y licencia de mi Real Proto-Medicato; por la primera vez se les castigue, imponiendoles la pena de quinientos ducados de vellon, y destierro del lugar donde asistieren, y diez leguas en contorno; por la segunda de dos mil ducados, y destierro de la provincia; y por la tercera de otros dos mil ducados, y seis años de presidio de Africa, aplicandose las penas pecuniarias por tercias partes, á mi Real Cámara, Proto-Medicato, y denunciador: y que en las mismas penas pecuniarias, con la propia aplicacion, y en las demas expresadas, incurran las Justicias que los admitieren en sus Pueblos, sin las cartas de exámen, y licencia de mi Real Proto-Medicato, que han de quedar registradas en los libros de Cabildo, lo que mandé tuviese entendido el mi Consejo, y diese las órdenes correspondientes para su puntual cumplimiento, previniendo tambien de esta mi resolucion al Proto-Medicato, para que en la parte que le toca, cuide, y zele su observancia, como lo ha practicado en todos tiempos; lo qual quiero, y es mi voluntad se guarde, cumpla, y execute: Por tanto os mando á todos, y cada uno de vos en vuestros lugares, distritos, Jurisdicciones y partidos,

que luego que recibais esta mi carta hagais se observe, cumpla, y execute su contenido, segun, y como queda expresado, y declarado, y contra su tenor, y forma no vais, ni paseis, ni consintais ir, ni pasar en manera alguna, antes bien dareis para su inteligencia, y cumplimiento todas las órdenes, despachos, y providencias que requieran, comunicando esta mi real deliberacion á los pueblos de vuestros distritos, y partidos, haciendo se ponga copia de esta mi carta en los libros Capitulares de todas las ciudades, villas, y lugares, para que en todo tiempo conste, y se practique inviolablemente la expresada mi resolucion, por convenir así á mi real servicio, causa pública, y ser mi voluntad.

(1) *L. 13. tit. 7. lib. 1. Ibi:* Y mandamos que los Cirujanos no sean admitidos por nuestros Proto-Medicos á exámen de cirugía, sin que primero traigan testimonio de como lo han practicado en algun hospital: *L. 7. tit. 16. lib. 3. §. 4.* No admitan á exámen á ningun Cirujano, si antes no les constare por bastante informacion hecha en pública forma, que ha practicado quatro años cumplidos en alguna ciudad, villa, ó lugar, ó hospital con Medico, ó Cirujano graduado por alguna de las Universidades aprobadas, la qual probanza no sea recibida, ni haga fé, si no viniere fecha por mandado del Corregidor, ó Alcalde de la misma ciudad, ó parte donde practicó, y firmada del tal Juez:.

(2) *L. §. 5.* No admitirán á exámen á ningun Boticario que no sepa latin, sin que primero conste por bastante informacion fecha segun se dice en capítulo precedente, que ha practicado quatro años cumplidos con Boticarios exáminados, y aprobados, y que tiene veinte y cinco años de edad, y en todo guardarán lo mas que está proveído por las leyes, y pragmáticas: *Remis. 4. ejusd.* Los Boticarios no sean admitidos á exámen, si no supieren latin, y hubieren practicado quatro años. *Remis. 2. ejusd.* Los Boticarios tengan veinte y cinco años de edad:.

L.

cernitur, tamquam in ordinariæ jurisdictionis præjudicium, similium judicium videlicet pro medicis, chirurgis, aliisque officiis creationem revocari, insuper stabiliendo, horum neminem absque principis venia talia munera ad usum revocare posse: ideo, privatio cum habitum præsupponat, fit patens, superiori ætate ad jus ferendum de rebus ad hujusmodi professiones pertinentibus certas fuisse personas designatas.

Post hæc in codice Recop. Castellæ expressus titulus de *Prothomedicis* est insertus, scilicet 16. lib. 3. undecim leges complectens, in quibus variationes notantur circa methodum in examinibus eorum professorum perficiendis, nimirum omnium medicinam, chirurgiam, phlebotomiam profitentium, necnon exercitium aromatopolæ, pharmacopolæ, & herbarum peritiæ assumere volentium: eisdem Prothomedicis etiam jurisdictio conceditur, ut possint causas in omnibus ad similia munia spectantibus efformare, cognoscere, & judicare: ordo præscribitur exâmen efficiendi, & examinandorum qualitates proponuntur: licentiæ prædictis professoribus concessæ ante Ordinarios judices præsentandæ; nil magis præter ea necessarium inseri videtur, præsentibus additionibus, in præmio hujus adnotationis animadversis; dumtaxat meminisse oportet, prænotatas undecim leges, Regibus Catholicis D. D. Ferdinando, & Elysabetha, filia, nepote, pronepote, atque eorum trinepote regnantibus, publicationem meruisse.).

MELCHISEDECH REX, & Sacerdos.

MELCHISEDECH Chananæus fuit, & Rex Hierusalem, ut expresse tradit eruditiss. Card. Lambert. ex post Benedictus XIV. De *Sacrificio Missæ sect. 2. num. 287.* ibi: „Vera sententia est; Melchisedechum gente Chananæum fuisse, Regem Salem, quod idem est ac Hierosolymæ, ut ostendit Calmetus in dissertatione de Melchisedech. “ Quod & tradit sapientissimus Tiranus in *cap. 14. num. 17. Genes.* ibi: „Sed fuit Princeps aliquis & Regulus gentilis è gente Cananhæa, Rex Salem, seu Hierosolymæ, ut est in Chaldeo, quam & illum condidisse Josephus affirmat; & Fidelium

„(qui tum ipsius, tum aliorum opera istic reperiebantur) Doctor, Sacerdos, Pastor: ita S. Dionysius, Hippolytus, Irenæus, uterque Eusebius, Apollinarius, & alii cum plerisque recentioribus. Addunt S. Ignatius, & Suidas, Melchisedech semper virginem permansisse. Unde & in hoc typum gessit Christi, ut & in nomine etymo, in officio, in Sacerdotio, in Sacrificio, de quibus fuse ad Hebræos 7. & Psalm. 109.“

Hic Melchisedech fuit revera Sacerdos, & quia Sacerdos erat, panem & vinum obtulit; *Gen. 14. num. 18. Proferens panem & vinum; erat enim Sacerdos Dei Altissimi.* Et Apost. *ad Hebr. 7.* asserit, Melchisedechum non solum Christi figuram fuisse, ut Aaron, sed insuper dicit, Christum Sacerdotem fuisse non secundum Ordinem Aaron, qui offerebat sacrificia cruenta, sed secundum ordinem Melchisedech, qui obtulit sacrificium incruentum. Proferens panem, & vinum: Unde & Christus, ut palam faceret, se Sacerdotem esse secundum ordinem Melchisedech, uti Deus per Davidem de illo prædixerat *Psalm. 109. vers. 3.* sub iisdem speciebus panis & vini suum quoque Sacrificium in ultima cœna incruentum instituit. Ita omnes tam Sancti Patres, quam Doctores Scholastici.

Melchisedech sine patre, sine matre, sine genealogia traditur ab Apostolo *ad Hebr. cap. 6. vers. 3.* non quod his caruerit, sed quod nobis ignoti sint, cum nulla sive avorum, sive parentum ejus memoria fiat in Scripturis, quæ non Gentilium (qualis erat Melchisedech unus ex Regulis Chananæorum, teste Josepho, S. Dionysio, Epiphano, Theodoro) sed solum hebræorum genus, & historiam pertexerunt; ut recte observat laudatus Tiranus in *epist. ad Hebr. cap. 7. 3.* Calmetus tamen in *Dictionario verb. Melchisedech:* refert, quod ætate Sancti Epiphaniæ fuerunt, qui parentes Melchisedech designarent, *Heraclam* nempe, sive *Heraclum* patrem illius, matrem vero *Astaroth*, sive *Astariam* appellantes. Catena Arabica in *Gen. 9.* ejus genealogiam paternam ex Sem, maternam ex Japhet derivans, *Heraclam*, sive *Heraclum* patrem Melchisedech, filium, seu nepotem *Phaleg*; filium vero *Haber* facit; matrem vero, quam *Salathiel* appellat, filiam tradit *Homer* filio Japhet. Josephus Gorionides, Hebræus scrittor circa undecimum seculum, Melchisedechio alterum nomen, *Joram* nempe inducit *lib. 6. cap. 31.* sydusque ejus ortui præsidens, *Sadech* (planta est Jovis) appellat; urbem tandem

Pro corollario equidem nihil superaddendum deficit, nisi quid leges Indicæ disponant, adjiciatur. Vim suam Castellæ determinationes illis dominiis retinent. (1) Præceptum dumtaxat advertitur, triplicem esse Prothomedicorum speciem. Qui in possessionem Cathedralis, hispâno sermone de *Prima* in Mexicana, aut *Limensi* Universitate hujus artis venerit, unam constituit, nam hanc obtinentes, prærogativa Prothomedicorum pro suo territorio funguntur; (2) alia est eorum, qui ad easdem Insulas sub universali titulo ob herbarum notitiam, aliarumque notabilium inquisitionem, mittuntur, quibus omnis examinandi conceditur facultas; (3) in tertia vero, particulares Prothomedici eisdem provinciis residentes includuntur, quibus suum munus exercendi facultas est concessa, dummodo in messem Prothomedici generalis suam falcem non mittant. (4)

(1) *L. 4. tit. 6. lib. 5. Ind.* Mandamos que no se consienta en las Indias á ningun género de personas curar de medicina, ni cirugia, si no hubieren los grados, y licencia del Proto-Medicato, que disponen las leyes, que ha de constar por recaudos legítimos. Y ordenamos á los Fiscales de nuestras Audiencias, que sobre esto pidan lo que convenga: y que en las residencias se haga cargo á los Ministros por la omision en averiguar, y executar lo ordenado, y así se guarde. *L. 5. ejusd.* Los prohibidos de ser Medicos, Cirujanos, y Boticarios por leyes, y pragmáticas de estos reynos de Castilla, tengan la misma prohibicion en las Indias; y ninguno se intitule Doctor, Maestro, ó Bachiller, sin ser examinado, y graduado en Universidad aprobada, y el que contravinieren incurra en las penas establecidas por derecho.

(2) *L. 3. ejusd.* Es nuestra merced, y voluntad que el Proto-Medicato de la Nueva España esté unido, y anexo á la Catedra de Prima de Medicina de la Universidad de Mexico, y que su jurisdiccion se extienda á la Puebla de los Angeles, y Puerto de Vera Cruz, con todo lo demas que se comprehende en el nombre de

Nueva España: y el Proto-Medicato del Perú, Panamá, Portobelo, y lo que se comprehende en el nombre de Provincias del Perú, esté de la misma forma unido á la Cátedra de Prima de la Universidad de Lima. Y mandamos que los Catedráticos de Prima por el tiempo que regenten estas Cátedras, sean Proto-Medicos, y presidan á las Juntas, y concurrencias, y hagan todo lo demas que pertenece al exercicio de Proto-Medicos.

(3) *L. 1. ejusd. Ibi:* Se han de informar donde llegaren de todos los Medicos, Cirujanos, Herbolarios Españoles, é Indios, y otras personas curiosas en esta facultad, y que les pareciere podrán entender, y saber algo, y tomar relacion de ellos generalmente de todas yervas, árboles, plantíos, y semillas medicinales::

(4) *L. ead. Ibi:* Los otros Proto-Medicos que no son generales, y en virtud de nuestras órdenes residen en aquellas Provincias, no han de usar el oficio todo el tiempo que los Generales residieren en el distrito de aquella Audiencia; pero fuera de él, y jurisdiccion de las demas Audiencias, podrán exercer. *Vid. verb. Aromataria.*

dem cui præerat, primum *Jebus*, deinde *Cedeck*, postea *Salem*, tandem *Hierusalem*, denominatam testatur. Hæc ille, qui plura adhuc ad rem ibi tradit.

MELIORAMENTA.

SUMMARIUM.

- 1 **M**ELIORAMENTA rei alia dicuntur intrinseca, & alia extrinseca, & quæ utraque sint.
- 2 Melioramenta rei alia dicuntur necessaria, alia utilia, & alia voluptuaria.
- 3 Melioramenta necessaria quæ sint.
- 4 Melioramenta necessaria refici debent cuicumque melioranti, etiam possessori malæ fidei, & injusto.
- 5 Et persolvi debent in ea quantitate, quæ fuit impensa, nulla servata ratione meliorati, & impensi.
- 6 Melioramenta utilia quæ sint.
- 7 Melioramenta utilia facta à possessore bonæ fidei sunt illi restituenda.
- 8 Si vero sint facta à possessore malæ fidei repeti non possunt.
- 9 Melioramenta voluptuaria quæ sint.
- 10 Melioramenta voluptuaria refici non debent.
- 11 Quæ sint melioramenta voluptuaria ex relationibus peritorum deducitur.
- 12 Melioramenta, ut repeti possint, debet de eis liquide constare tum in genere, tum in specie.
- 13 Unde, ut melioramenta, & sumtus repeti possint, duo copulative sunt distincte probanda, idest tantum fuisse insumentum, & tantum fuit melioratum.
- 14 In melioramentis, & expensis repetendis, semper attenditur, quod minus est, sive illud minus sit insumentum, sive melioratum.
- 15 Melioramenta bona fide facta possunt recuperari, vel excipiendo ante sententiam, vel officium Judicis post sententiam implorando; quæ actio competat, ad num. 17.
- 16 Melioramenta, si sint probata in genere tantum, non dant retentionem rei melioratæ, nec retardant immissionem, sed succurritur bonæ fidei possessori per cautionem de illis reficiendis liquidatione facta.
- 17 Melioramenta mala fide facta, si sint necessaria, possunt repeti.
- 18 Secus autem, si sint tantum utilia: casus contrarii proponuntur, ad num. 26.
- 1 **M**ELIORAMENTA rei alia dicuntur intrinseca, & alia extrinseca. Melioramenta intrinseca sunt illa, quæ quasi transeunt in rem, quam meliorem efficiunt, ut sterco ratio agri, implantatio arborum, si radices fixerint, & hujusmodi. Extrinseca sunt illa, quæ tantum extrinsece adhærent, & salva re, separari possunt, ut picturæ, januæ, fenestræ, domuncula mobilis, quæ solo alieno imponitur, & similia.
- 2 Rursus melioramenta alia dicuntur necessaria, alia utilia, & alia voluptuaria, communis. Melioramenta necessaria dicuntur illa, sine quibus res peritura esset, vel deterioratura, vel nullos, aut non ordinarios fructus afferret, & quorum omissio imputanda esset omittenti; communis cum Rota part. 1. recent. deces. 6. num. 1. & seq. part. 15. decis. 191. num. 25. part. 18. tom. 2. decis. 564. num. 6. Melioramenta necessaria refici debent
- 3 cuicumque melioranti; etiam possessori malæ fidei, & injusto; Rota part. 7. recent. decis. 223. num. 15. part. 9. tom. 1. decis. 318. num. 14. part. 18. tom. 3. decis. 564. num. 4. & decis. 611. num. 3. Et persolvi debent in ea quantitate, quæ fuit impensa, nulla servata ratione meliorati, & impensi: Rota part. 18. tom. 2. decis. 397. num. 20. decis. 398. num. 20. & decis. 536. n. 10. & sequent.
- 4 Melioramenta utilia dicuntur illa, quæ faciunt, ut

res sit utilior, sive, ut plures fructus afferat, v. gr. si ager eum necessariis expensis de more afferat 10. modia tritici, & cum aliis 12. modia; hæc expensæ sunt utiles, & dicuntur melioramenta utilia; cum sic augeant valorem rei, ejusque fructus; communis cum Rota part. 12. recent. dec. 203. num. 21. & seq. part. 14. dec. 12. num. 8. part. 15. dec. 191. num. 25. Melioramenta utilia facta à possessore bonæ fidei sunt illi restituenda; Rota part. 2. recent. dec. 356. num. 1. part. 4. tit. 1. decis. 64. num. 1. Si vero sint facta à possessore malæ fidei, repeti non possunt, sicuti non sunt reficienda melioramenta excessiva, & consulto facta; Rota part. 11. recent. dec. 2. num. 34. part. 22. decis. 307. num. 21. & 12.

Melioramenta voluptuaria dicuntur illa, quæ fructus rei non augent, sed tantum conferunt ad ornamentum, vel ad delicias, uti id, quod impenditur ad picturas, statuas, artificiosos fontes, delitiosa viridaria, & hujusmodi; communis, cum Rota part. 2. rec. decis. 650. num. 4. part. 11. dec. 317. num. 18. part. 12. decis. 233. num. 16. Melioramenta voluptuaria refici non debent; Rota part. 9. num. 1. dec. 7. num. 11. part. 10. dec. 219. num. 25. part. 11. dec. 317. numer. 15. part. 12. decis. 203. num. 21 part. 14. decis. 22. num. 8. part. 16. decis. 237. num. 2. Quæ vero sint voluptuaria, ex relationibus Peritorum deducitur; Rota part. 11. recent. dec. 317. num. 17.

Melioramenta, ut repeti possint, debet de eis liquide constare, tum in genere, tum in especie; communis cum Rota part. 2. decis. 161. num. 2. part. 5. tom. 2. decis. 470. num. 7. part. 14. decis. 19. num. 14. Unde, ut melioramenta, & sumtus repeti possint, duo copulative sunt distincte probanda; idest tantum fuisse insumentum, & tantum fuisse melioratum, cum dominus rei melioratæ electionem habeat reficiendi, quod minus est inter impensum, & melioratum. Hinc si sint impensa centum, & res facta sit pretiosior in centum quinquaginta, non reficiuntur nisi centum impensa, quia in illis centum dumtaxat concurrunt duo dicta requisita, scilicet tantum impensum, & tantumdem melioratum; in quinquaginta vero, in quibus melioramenta excedunt impensam, non concurrunt illud requisitum, quod tantumdem fuerit impensum, quia in illis nihil impensum fuit. Et è converso si sint impensa centum quinquaginta, & res facta sit pretiosior in centum, reficiuntur solum illa centum meliorata, quia in quinquaginta, in quibus impensa excedunt melioramenta, non verificatur illud requisitum, quod tantumdem fuerit melioratum, cum pro illa summa nihil melioratum fuerit, & dominus rei melioratæ electionem habeat reficiendi, quod minus est inter impensum, & melioratum; communis cum Rota part. 2. dec. 650. num. 2. part. 9. tom. 2. dec. 318. num. 17. part. 11. dec. 363. num. 12. part. 12. dec. 27. num. 21. part. 13. dec. 109. num. 19. dec. 288. num. 20. part. 14. decis. 405. num. 17. part. 15. dec. 119. num. 1. dec. 191. num. 1. part. 17. dec. 224. num. 20. & dec. 250. num. 8. & sæpe alibi per textus in cap. Requisivit 1. De in integrum restitutione, cap. Ad nostram 11. de rebus eccles. non alienand. l. Paulus. §. Domus ff. de Pignoribus, & l. Domo ff. de Legat. 1.

Unde regula communis, & generalis est, quod in melioramentis, & expensis repetendis semper attenditur, quod minus est, sive illud minus sit insumentum, sive melioratum; l. In fundo vers. Et si plus ff. de rei vindicat. & ibi Glossa communiter recepta in vers. Plus pretio, dicens, si est impensa decem, & melioratio quindecim, repetuntur sola decem; item si decem impensa, & melioratio quinque, sola quinque repetuntur Fagnan. in cap. Requisivit 1. de in integrum restitutione num. 21. ubi pluribus citatis testatur de communi.

Melioramenta bona fide facta possunt recuperari, vel excipiendo ante sententiam, vel officium Judicis post sententiam implorando, Baldus consil. 257. Titius emit fundum in princ. lib. 1. Fagnanus loc. cit. num. 27. & alii passim. Et interim qui bona fide fecit melioramenta, habet retentionem rei melioratæ, donec de melioramentis fuerit integre satisfactus; l. Si area in fin. ff. Cond.

Cond. indeb. § l. Paulus ff. de dol. mal. except. & expresse Rota part. 4. recent. tom. 1. dec. 206. num. 1. decis. 513. num. 4. part. 10. dec. 113. num. 5. part. 18. tom. 1. dec. 237. num. 1. dec. 320. num. 1. part. 19. tom. 1. dec. 380. num. 38. § part. 19. tom. 2. dec. 614. num. 1.

17 Ad effectum tamen obtinendi retentionem rei melioratæ, pro melioramentis debet necessario de illis constare; *Rota part. 14. rec. dec. 405. num. 2. part. 18. tom. 1. dec. 320. n. 2.* Adeoque retentio non datur pro melioramentis, de quibus nec in genere, nec in specie constat; *Rota part. 3. dec. 378. num. 1. part. 12. dec. 97. num. 20. part. 19. tom. 1. dec. 332. num. 18. Fagnan. loc. cit. num. & alii passim.*

18 Melioramenta, si sint probata in genere tantum, non dant retentionem rei melioratæ, nec retardant immisionem, sed succurritur bonæ fidei possessori per cautionem de illis reficiendis liquidatione facta; *Rota part. 4. tom. 2. dec. 127. num. 7. § 8. part. 13. dec. 521. num. 17. & sæpe alibi: Puteus dec. 461. lib. 2. Fagnanus loc. cit. num. 33. cum aliis ibi citatis.*

19 Melioramenta mala fide facta, si sint necessaria, possunt repeti, *Rota part. 7. rec. dec. 223. numer. 15. part. 9. tom. 1. dec. 318. num. 14. part. 18. tom. 2. dec. 564. num. 4. & patet ex dictis supra num. 4. § 5.* Secus autem si sint tantum utilia; *l. Domum in fine 6. de rei vend. § cap. Requisivit 1. De in integrum restit. à sensu contrario ibi: Quos bona fide fecerunt; Fagnanus ibid. num. 34. § 42. cum aliis ibi citatis, & expresse Rota part. 11. rec. dec. 2. num. 37. part. 12. dec. 307. num. 21. § 22. ☀*

21 Hinc, si quis scienter in solo alieno inædificavit, sumtus non repetit, & inædificatum cedit domino soli, ut *l. Si quis sciens, cod. de rei vendicat. § 5. Ex diverso, inst. de rerum div. Rota part. 6. recent. num. 5. § 45.* Qui enim, non obstante quod sciverit solum esse alienum, adhuc inibi ædificium construxit, sua voluntate amisisse proprietatem materiæ intelligitur, *d. §. Ex diverso, § l. Adeo §. Ex diverso ff. de acquir. rer. domin. & sic ædificanti objici potest, quod temere ædificavit in eo solo, quod certo sciebat esse alienum, ut dicitur in §. Certe, institut. de rer. divis.*

22 Ita melioramenta facta in re fideicommisso subjecta ab eo, qui rem illam sciens esse fideicommisso subjectam, emit, propter ejus malam fidem, non possunt repeti, ut *l. final. §. fin. cod. comm. de legat. & ibi Doc-*

tores communiter, teste Fagnano *loc. cit. num. 36.* Item qui scienter emit rem subjectam retractui, eamque melioravit, propter ejus malam fidem non potest talia melioramenta repetere; *igneus in l. Dudum num. 40. cod. de contrah. emt. Fagnanus loc. cit. num. 37. & alii passim.* Item usufructuarius non acquirit dominium meliorationum, quas scienter facit, nec potest sumtus repetere, *Rota part. 6. recen. dec. 116. num. 9. Fagnanus loc. cit. num. 38. per text. in l. Usufructuarius 61. ff. de usufruct. § l. Usufructuarius 68. ff. eod.* Potest tamen usufructuarius repetere expensas necessarias, & quæ ad perpetuam proprietatis utilitatem pertinent, *Rota citat. part. 6. dec. 116. num. 36. § seq. ubi pluribus adductis dicit esse communem.* Idem procedit in patre usufructuario meliorante bona adventitia filiorum, quo casu melioramenta spectant ad filios, & pater solum repetit expensas; *Rota cit. part. 6. dec. 116. num. 11. ubi pluribus adductis dicit, quod expensarum repetitio ex privilegio patri videtur concessa ratione legitimæ administrationis, quam habet in bonis filiorum.*

Melioramenta facta à gravato in bonis fideicommisso subjectis non veniunt in restitutione fideicommissi, sed per viam detractionis remanent libera ipsi hæredi gravato, *Rota dec. 344. num. 2. vers. Et non comprehenduntur part. 4. divers. & eadem Rota part. 6. rec. 116. num. 23. (Leg. 46. Taur. 6. tit. 7. lib. 5.).*

Melioramenta, quæ sunt ab emphyteuta, vel feudatario facta, non dicuntur feudalia, aut emphyteutica, etiamsi principale subjectum sit feudale, vel emphyteuticum, sed transeunt ad hæredes, & successores emphyteutæ, vel feudatarii meliorantis; *Rota part. 2. recen. dec. 349. num. 1. § part. 6. dec. 11. dec. 25. § 26. Card. de Luca de legat. disc. 34. num. 34.*

Melioramenta, quæ sine læsione prioris status rei locatæ possunt amoveri, semper conductori sunt restituenda, *Rota part. 18. rec. tit. 2. dec. 608. num. 4.* Alia quoad melioramenta facta à conductore in re sibi locata. Vide *verb. Locatio à num. 23. ad 25. inclusive.*

Melioramenta facta ab emphyteuta, quando possint repeti, vel non, vide *verb. Emphyteusis art. 2. à n. 7. ad 15. inclusive.*

Melioramenta facta per Beneficiatum ex bonis patrimonialibus detrahuntur per hæredem; secus si ex fructibus beneficii, quia pertinent ad ecclesiam, cum ecclesia succedat tamquam beneficiati hæres in bonis, quæ ecclesiæ occasione quæsita sunt; *Card. de Luca discursu*

☀ Cum possessoris sumtibus in prædiis rusticis, vel urbanis melioramenta quælibet ex relatis ab A. fieri valeant, tam ædificando, de novovè plantando, quam reficiendo: venit attendendum, quòd in casu ædificii, novavè plantationis, cuilibet bonæ fidei possessori, à domino fundi devicto, competens erit non solum rei melioratæ repetitio pro talibus expensis necessariis relatis num. 1. & 19. verum etiam earundem retentio: tamen non aliter, quam ex computatione, sive deductione fructuum faciendâ ex re perceptorum; (1) at verò si dominus devincens, propter ejus inopiam insolvens fuerit, solutus ille obligatione manebit: poterit equidem, qui tales fecerit impensas, illas deducere, aut secum ferre, prout maluerit: (2) bona autem absente fide tunc, habita tamen emtionis, acquisitionisvè tempore, retinere neutiquam rem valebit, nec illam sumtibus recuperare: at verò liberum erit ei, secum ferre quod tulit. (3)

Si nihil novum, sed prædium tantummodò reficit quilibet justo titulo possessor, nulla habita consideratione ad fidem, rem melioratam, haud tradere debet, usquequò redintegratus in expensis necessariis maneat, deduc-

(1) *L. 41. tit. 28. p. 3.* Heredades agenas compran ó ganan los omes á buena fé, é despues que las han compradas facen, y de nuevo alguna cosa, asi como torre, ó casa, ú otro edificio:: è vienen despues deso los verdaderos Señores, é vencenlos en juicio de aquello que asi han ganado. E porque puede acaescer contienda entre los omes si las despensas que asi fuesen fechas, deben cobrar, ó non los que las ficieron: decimos que ante que sea entregado de la casa, é de la heredad, el que la venciere, asi como sobredicho es, que sea tenuto de tornar al otro todas las despensas que ovieré fecho de nuevo en ella. Cá pues que ovo buena fé en ganar la cosa, é labró en ella, asi como en lo suyo, derecho es que cobre aquello que, y dependió en esta manera. Empero si algunos frutos, ó rentas, ó esquilmos ovo de la heredad, pues que quieré cobrar las despensas asi como sobredicho es, dere-

cho es que descuente en ellas aquello que ganó ó esquilmo de la heredad::

(2) *L. ead. ibi:* Mas si por aventura el Señor de la heredad que la venciese en juicio fuese tan pobre, que non pudiese pagar al otro las despensas que, y ovieré fecho nuevamente, maguer quiesiese vender todo quanto avia: decimos que estonce non sería tenuto de las pagar. Mas el otro que las habia de cobrar puede sacar de la casa, ó de la otra heredad aquello que, y metió, ó labró, é llevarlo ende, é facer de ello su pro::

(3) *L. ead. ibi:* Eso mesmo decimos que sería si aquel, que fizo la labor de nuevo en la casa, ó en la heredad agena ovo buena fé quando la ganó, é ante que comenzase á labrar ovo mala fé, sabiendo que aquel de quien la ganó non avia derecho de la enagenar. Ca si despues deso lo venciere el verdadero Señor por

su de beneficiis num. 5. & disc. 86. num. 2. & sequent. cum aliis ibi citatis. In dubio autem facta censentur ex fructibus beneficii, cum beneficiatus ex debito officii ea fecisse censeatur magis ex fructibus beneficii, quam de proprio, Garzias de expens. & melioram. cap. 11. numer. 71. Card. de Luc. locis citatis, Rota desis. 671. part. 1. diversar. & part. 12. recen. dec. 168. num. 27. ubi dicit, quod bona beneficiati præsumuntur acquisita ex fructibus beneficiorum: tum quia in dubio non constituto de contrario intrat præsumtio donationis, seu incorporationis ad beneficium ecclesiæ, Card. de Luca cit. disc. 86. num. 1.

- 34 Equites Hierosolymitani ex statutis Religionis tit. 14. cap. 16. & 17. promoveri non possunt ad digniores commendas, nisi antecederent legitimis documentis ostenderint se priores meliorasse, Rota part. 17. recen. dec. 7. num. 3. Unde si de tempore vacationis non obtinuerint sua melioramenta probari, sed nec illa exhibuerint, sunt incapaces novas obtinendi commendas, Rota part. 17. dec. 173. num. 1. Nec eis suffragari potest subsequens exhibitio. præcipue si fuerit interea alteri jus quæsitum, Rota dec. 173. num. 2. 3. & 4.
- 37 Melioramentorum autem exhibitio facienda est ab Equite aspirante ad novas commendas coram Lingua vel Prioratu, non autem coram eorum Commissariis. Rota part. 17. rec. dec. 173. num. 6. & 7. Commissarii enim habent nudam facultatem visitandi, & visitandi processum super melioramentis factis, Rota ibid.
- 38 Melioramenta facta in bonis ad beneficium spectantibus, & invalide alienatis, debent emtori refici: Sac. Congreg. Concil. in Ruben. nullitatis alienationis 28. Aug. 1622. ad 4. dub. apud Thesaur. Resol. Sac. Congregat. Concil. tom. 2. fol. 355. ultimæ impressionis.
- 39 Notabilis intercedit differentia prædia urbana inter & prædia rustica quoad meliorationum æstimationem: Profecto in illis (ita recte ait Rota in Ravenn. Immissionis super melioramentis 20. Maji 1747. S. Profecto cor. clar. mem. Milino) spectandus est status

temporis præsentis, juxta textum in L. Domo hæreditaria: ff. de Legat. 1. in aliis vero, cujus generis est, de quo agitur, inspiciendum est tempus factarum meliorationum, ut inter impensum, & melioratum reficiatur quod minus est possessori bonæ fidei, secundum alterum textum in L. in fundo ff. de rei vindicat. &c. dummodo tamen res sit de meliorationibus utilibus; nam quæ necessariae probantur, sunt in totum reficiendæ melioranti ad modum sumtuum factorum. &

MENDACIUM.

SUMMARIUM.

- 1 MENDACIUM quid sit.
- 2 Potest quis mentiri, non tantum verbis, sed etiam nutibus, gestibus & scriptis.
- 3 Ut quis dicatur vere mentiri, requiritur, quod falsum putet id, quod dicit ut verum, & è contra.
- 4 Ad verum mendacium requiritur animus fallendi, si non expressus & formalis, saltem tacitus.
- 5 Mendaciorum genera octo distinguit S. Augustinus.
- 6 At hæc omnia commode reducuntur pro faciliori captu ad tria, scilicet Jocosum, Officiosum, & Perniciosum.
- 7 Mendacium jocosum quid sit.
- 8 Mendacium officiosum quid sit.
- 9 Mendacium perniciosum quid sit.
- 10 Mendacium jocosum, & officiosum ex genere suo sunt tantum peccata venialia. Mendacium autem perniciosum est ex genere suo peccatum mortale.
- 11 Nullum ex dictis mendaciis unquam est licitum.
- 12 Mendacium proprie dictum nullo casu, aut fine potest esse licitum, ne quidem ad salvandam hominis vitam.
- 13 Immo neque unquam licitum est mendacium proprie dic-

ductis prout in primo casu fructibus, vel proventibus ejusdem: (1) utiles verò factæ, recuperandæ erunt à bonæ fidei possessore: sin autem à malæ, renueritque dominus illas satisfacere, sine pristini status læsione possessor abradere poterit; (2) voluptarias igitur expensas, illa stante, etiam recuperare valebit, sive ferre secum absque rei detrimento; tamen si dominus tantumdem valoris ipsi esset tradere paratus, erit illi sublata secum ferendi facultas: omniaque perdet possessor, si mala fide eas fecerit. (3)

Quamvis A. immemor procedat sua in tripartita divisione melioramentorum, sumtuum, expensarumque gratia fructuum colligendorum factorum: benè visum est, hac quadripartita divisione in nostra regione cognita, quoque adnotare, ferè nullum evenire casum valere, qui harum deductioni præstet impedimentum, etiamsi prædii cujuslibet ex antedictis malæ fidei possessor, aut prædo fuerit. (4)

por ella en juicio, non debe cobrar las despensas que, y fizo, mas puede llevar ende aquello que, y metió, ó labró:::

(1) L. 44. ejusd. Despensas facen los omes en las casas, ó heredades agenas que tienen, non faciendo, y de nuevo alguna cosa, mas refaciendo, ó enderezando los edificios en los Lugares do es menester, ó faciendo, y algunas otras cosas que son provechosas á la casa, ó la heredad. En tal caso como este, decimos que aquel que las despensas ficiere, que sean menester de facerlas, que las debe, é las puede cobrar de mientras que fuere tenedor de la casa, ó de la heredad en que las fizo, quier haya buena fé, quier mala en teniendola: é maguer el Señor de la casa, ó de la heredad los venciese della en juicio, non gela debe ante entregar, fasta que él dé lo que despendió en esta razon. Empero si él esquilmo algunos frutos, ó rentas de la casa, é de la heredad en quanto la tuvo, tenemos por bien que se descuente en las despensas:::

(2) L. ead. Ibi: Otrosi decimos, que si él fizo despensas provechosas al heredamiento, ó á la casa agena de que era tenedor, que si las fizo en buena fé, cuidando las facer en lo suyo, que las debe cobrar, maguer non ovriere menester de las facer: mas si las fizo aviendo mala fé, sabiendo que el heredamiento, ó la casa que era agena, si el Señor que la venció en juicio, non gelas quisiere pechar, puede el otro ende llevar la labor que fizo, y facer:::

(3) L. ead. Ibi: Otrosi decimos, que si aquellos que son tenedores de las casas, ó de heredamientos agenos, facen despensas en ellas, que non son muy provechosas, mas son á postura de la casa, ó de la heredad, así como las pinturas que facen en ellas::: que facen, y como por aver deleyte por ellas, mas que pro: si ovo buena fé::: que estonce puede tomar lo que ovriere fecho, é llevarlo. Empero si aquel cuya era la casa, ó la heredad, le quisiese dar tanto por ella, quanto podría valer despues que fuese ende tirado, devegelo dar. Mas si el que ficiere tales despensas como estas, oviese mala fé, en teniendo la casa, ó la heredad pierde todo quanto, y fizo, é non puede ende llevar ninguna cosa.

(4) L. 4. tit. 14. p. 6. Entregandolo el Juez la herencia del finado, á aquel que oviese derecho de la aver, debele otrosi mandar entregar de los frutos della. Pero en estos frutos ha departimiento. Cá si aquel que era tenedor de aquella heredad, oviese despendido los frutos que cogió, ó ovo della, aviendo buena fé en teniendola, cuidando que era suya, estonce non sería tenuto de dar la estimacion dellos, mas bien sería tenuto de dar los que non ovriere despendido, si algunos le fincasen en el tiempo que el pleyto fuese comenzado sobre ella. E este que era tenedor de la heredad debe sacar de los frutos las despensas que ovriere fechas en labrarla, ó en razon de coger los frutos della:::

dictum etiam pro salute spirituali hominis.

14 Adducitur instantia ex variis locis Sacrae Scripturae.

15 Respondetur ad omnia dicta loca Sacrae Scripturae, usque ad num. 19.

20 Ex omnibus supra adductis clare constat, nihil posse inferri, quod probet mendacium proprie dictum posse esse licitum in aliquo casu, sed remanet in suo vero robore nostra conclusio, quod mendacium proprie dictum sit per se, & intrinsece malum, & nullo casu, seu ob nullam necessitatem cohonestari, & licitum fieri possit.

21 Bene vero non est per se malum, sed ob justam causam licitum est celare veritatem, seu per verbi æquivocationem, aut facti dissimulationem.

22 Adducitur, & solvitur instantia.

23 Mendacium in confessione deliberate commissum est sacrilegium.

24 Mentiens deliberate circa materiam necessariam confessionis peccat mortaliter.

25 Mentiens deliberate circa materiam non necessariam confessionis peccat solum venialiter.

26 Dummodo tamen talis pœnitens absolutioni subjiciat aliam materiam sufficientem: de qua habet verum dolorem & propositum.

1 MENDACIUM est falsa significatio contra mentem cum 2 animo fallendi. S. Augustinus lib. contra mendacium cap. 12. relatus in cap. Beatus Paulus 5. caus. 22. quæst. 2. Dicitur primo falsa significatio, quia potest quis mentiri, non tantum verbis, sed etiam nutibus, gestibus, scritis, & hujusmodi, unde S. Augustinus lib. contra mendacium cap. 3. dicit. Ille mentitur, qui aliud habet in animo, & aliud verbis, vel quibuslibet significationibus enuntiat.

3 Dicitur secundo, contra mentem, quia mentiri est contra mentem ire: unde, ut quis dicatur mentiri, requiritur, quod falsum putet id, quod dicit ut verum: potest enim fieri, quod aliquis non mentiatur, licet falsum dicat, si nempe credat illud esse verum; & contra mentiatur, licet verum dicat, si nempe dictum suum putet esse falsum. Hoc totum exprimit S. Augustinus Enchiridi cap. 18. relatus in cap. Is autem 4. caus. 22. quæst. 1. ibi: „Nemo mentiens judicandus est, qui dicit falsum, quod putat verum, quoniam quantum in ipso est, non fallit ipse, sed fallitur. . . . potiusque è contrario quantum in ipso est, ille mentitur, qui dicit tamquam verum, quod putat falsum.“

4 Dicitur tertio, cum animo fallendi, quia quamvis hujus particulæ necessitatem negent plures volentes sufficere ad mendacium, quod quis loquatur contra mentem, sive interius intendat fallere, sive non; hanc tamen requirit Gelasius Papa in cap. Beatus Paulus 5. caus. 22. quæst. 2. in cujus summario expresse dicitur: Non mentitur, qui animum fallendi non habet; & S. Augustinus relatus in cap. Is autem 4. caus. 22. quæst. 2. ibi: Is autem, qui mentitur contra id, quod animo sentit, loquitur voluntate fallendi. Et ideo non proprie mentiretur ille, qui jocandi causa diceret: Ego uno solo die peragravi quatuor mundi partes. Ego hodie ivi Romam, & inde huc redivi, & similia: per hæc enim nullatenus intendit fallere, sed nugari, ut utique id clare ex modo pronunciandi, aliisque circumstantiis personæ, loci, temporis, & hujusmodi percipiunt ipsimet Auditores. Et sic expresse docet S. Augustinus lib. q. in Genesim quæst. 145. relatus in cap. Quod autem 18. caus. 22. quæst. 2. ubi dum explicat hæc Patriarchæ Josephi verba: An ignoratis, quod non sit similis mei in augurandi scientia? dicit ejusmodi phrases non esse mendacia, quia iis non utuntur modo serio, sed tantum quodam joco: „Mendacia enim à mendacibus serio aguntur, non joco. Cum autem, quæ non sunt, tamquam joco dicuntur, non reputantur mendacia.“ Et id confirmat idem S. Doctor lib. de mendacio c. 2. ibi: „Numquam (joci) sunt putata mendacia, habent enim evidentissimam ex pronuntiatione, atque ipso jocantis affectu significationem animi nequaquam fallentis, etsi non vera enunciantis.“ & ibidem cap. 3.

subjungit: „Ex animi enim sui sententia, non ex rerum ipsarum veritate, & falsitate mentiens, aut non mentiens judicandus est.“ Et sic tenent Pontas verb. Mendacium cas. 4. Henno tom. 1. tract. in decalog. disp. 8. quæst. 1. concl. 1. Laym. lib. 4. tract. 3. capit. 13. num. 4. & alii passim volentes, quod ad mendacium requiratur animus fallendi, si non expressus, & formalis, saltem tacitus contentus in verbis, quæ talibus, aut talibus circumstantiis nata sunt fallere.

Mendaciorum genera octo distinguit S. Augustinus 5 lib. de mendacio cap. 4. relatus in cap. Primum 8. caus. 6 22. quæst. 2. At hæc omnia commode reducuntur ad illa tria, scilicet mendacium jocosum, officiosum, & perniciosum, qua ordinarie pro faciliiori captu à Doctoribus traduntur cum S. Bonaventura in 3. sentent. dist. 38. art. 1. quæst. 5. in corpore, ubi dicit, quod mentiens, aut intendit prodesse, aut delectare, aut lædere, secundum quod intendit prodesse, est mendacium officiosum; secundum quod intendit lædere, est mendacium perniciosum.

Mendacium jocosum est, quod profertur, vel fit si- 7 ne alicujus nocumento causa voluptatis propriæ, vel alienæ. Est in re communis. Mendacium officiosum est, 8 quod profertur, vel fit sine alicujus nocumento causa utilitatis propriæ, vel alienæ. Est in re communis. Men- 9 dacium perniciosum est, quod profertur, vel fit causa alienæ injustæ damnificationis. Est in re communis. Mendacium jocosum & officiosum ex genere suo sunt 10 tantum peccata venialia. Mendacium autem perniciosum est ex genere suo peccatum mortale. Communis.

Nullum ex dictis mendaciis unquam est licitum. 11 Communis, & certa, cum S. Augustino relato in cap. Primum 8. caus. 22. quæst. 2. ibi: „Quisquis autem esse aliquod genus mendacii quod peccatum non sit putaverit, decipiet se ipsum turpiter, cum honestum se deceptorem arbitretur aliorum.“ Et patet ex Sacra Scriptura, quæ indiscriminatim prohibet omne mendacium, ut Exodi 30. ibi: Mendacium fugies; Levitici 19. ibi: Non mentiemini, Proverb. 19. ibi: Qui mendacia loquitur, non effugiet; Psalm. 1. ibi: Perdes omnes, qui loquuntur mendacium; Sapien. 1. ibi: Os, quod mentitur, occidit animam; ad Colos. 2. ibi: Nolite mentiri invicem. Et patet etiam ratione, quia omne mendacium proprie sumtum est semper intrinsece malum, cum semper importet animum decipiendi; quod humanæ societati repugnat, quia, ut recte dicit S. Augustinus in Enchiridio cap. 22. relatus in cap. Is autem 4. caus. 22. quæst. 2. „Verba propterea instituta sunt, non per quæ se invicem homines fallant, sed per quæ quisque in alterius notitiam cogitationes suas proferat; Verbo ergo uti ad fallaciam, non ad quod sunt instituta, peccatum est.“

Unde mendacium propriæ dictum nullo casu, aut 12 fine potest esse licitum, ne quidem ad salvandam hominis vitam, ut expresse docet ipsemet S. Augustinus relatus in cap. Ne quis arbitretur 14. cap. Faciat homo 15. & cap. Si quis 17. caus. 22. quæst. 2. & S. Isidorus relatus in cap. Omne genus mendacii 16. ead. caus. & quæst. & Alexander III. in cap. Supra eo 4. de usuris, ibi: Cum Scriptura Sacra prohibeat pro alterius vita mentiri. Immo neque unquam licitum est proprie 13 dictum mendacium etiam pro salute spirituali hominis. Communis cum S. Augustino lib. contra mendacium cap. 26. ubi dicit, eum, qui non posset baptizari, nisi deceptis mendacio custodibus, esse sine Baptismo relinquendum, cum non sint facienda mala, ut eveniant bona, & tandem concludit: „Si ergo non docet veritas facere propter hominem baptizandum, quod est contrarium castitati, non docebis propter hominem baptizandum facere, quod est contrarium veritati, & lég. de mendacio cap. 20. sic expresse dicit: ad sempiternam vero salutem nullus ducendus est opitulante mendacio.“

Nec valet dicere licitum esse mentiri in casu neces- 14 sitatis, seu ob magnum aliquod bonum, ut patet de Abraham, qui Genesis 20. ut se eripere à mortis discrimine, dixit, Uxorem suam Saram esse suam sororem: de Jacob, qui Genes. 27. ut Patris benedictionem

obtineret, fratrem suum primogenitum se mentitus est. De Obstetricibus Ægyptiis, quæ *Exod. 1.* pro salvandis ab interfectione infantibus Hebræorum mentitæ sunt. De Joseph, qui *Genes. 44.* se ariolum, & augurem coram suis fratribus asseveravit. De Davide, qui *1. Regum cap. 21.* præ timore dementiam, seu insaniam simulavit. De Judith, quæ *Judith cap. 10. 11. 12. & 13.* compositis mendaciis Holofernem decepit. De ipsomet Christo, qui *Marci 13.* loquens de Judici advenitu, dixit: *De die illo, vel hora nemo scit, neque Angeli in cælo, neque Filius hominis, & Lucæ 24.* ubi post resurrectionem suam in peregrini forma finxit se longius ire, & *Joannis 7.* ubi dixit Fratribus: *Vos ascendite ad diem festum istum, ego autem non ascendam::: Ut autem ascenderunt fratres ejus, tunc & ipse ascendit ad diem festum, & sic de similibus, tum veteris, tum novi Testamenti.*

15 Non valet, inquam, quia in omnibus supradictis nullum interfuit mendacium, sed mysterium, nec ipsi aliquid falsum dixerunt, sed solum licita æquivocatione, seu amphibologia, aut restrictione verum tacuerunt. Sic pluribus in locis expresse docet S. Augustinus, & signanter in libro de mendacio cap. 12. & capit. 17. ubi dicit: „Ad hanc veritatis regulam mihi videntur non solum ista (de Abrahamo & Sara) verum etiam si qua sunt talia redigenda, ut aut quod esse, creditur, ostendatur non esse mendacium, sive ubi tacetur verum, nec dicitur falsum, sive ubi significatio verax aliud ex alio vult intelligi:“ & idem S. Doctor in quæst. in Genes. quæst. 27. relatus in capit. Quæritur 22. caus. 22. quæst. 2. sic habet: „Quæritur cur Patriarcha mentiri voluit, ut diceret Saram sororem suam, & non potius Deo commisit, qui, si vellet, ejus pudicitiam apud Pharaonem servare posset, sed veritatem voluit celari, non mendacium dici: Soror enim dicitur, quia filia fratris erat; & in hoc ostenditur, quod nemo debet tentare Deum, dum habet, quod rationabili consilio faciat: fecit, quod potuit, quod non potuit, Deo commisit, in quem speravit. Nec eum fides, aut spes fefellit: si autem interrogatus uxorem illam suam indicaret, duas res Deo committeret, & vitam suam, & uxoris pudicitiam.“

16 Et ibidem ad id, quod opponitur de Jacob *Genes. 27.* respondet: „Jacob dicendo se esse Esau primogenitum non est mentitus: non enim dixit se esse primogenitum nascendo, sed jus primogenituræ illo vendente rite adeundo; sic & Christus Joannem dixit esse Eliam, non persona, sed imitatione virtutis: erat ergo Jacob Esau, non nascendo (ut diximus) sed emptione primogenituræ, de non primogenito in primogenitum transeundo, sicut & ipse Esau primogenitum vendendo, de primogenito non primogenitus fieri meruit.“ Et de eodem Jacob *lib. contra mendacium capit. 11.* subjungit: Neque illud, quo Joseph velut illudendis locutus est fratribus *Genes. 44.* Neque quod David simulavit infamiam *1. Reg. 21.* Nec cetera hujusmodi mendacia judicanda sunt, sed locutiones, actionesque propheticæ ad ea, quæ vera sunt, intelligenda referendæ. Unde, ut vides, ex doctrina S. Augustini, idem sentiendum est de Obstetricibus Ægyptiis, de Judith, & aliis similibus personis, quarum locutiones, seu actiones fuerunt, vel propheticæ, seu mysticæ, aut æquivocæ, subintelligendo aliquod verum, quod ex circumstantiis poterat ab audientibus percipi; adeoque fuisse mendacii prorsus immunes, ut signanter de Judith solide probat ex multis, & ex ipsomet Sacro textu Doctissimus P. Tirinus *ibid. capit. 10. per tot.*

17 Et dato, quod diceretur Abraham, Jacob, David, Judith, & alios mentitos fuisse, cum non omnia ex Dei instinctu locuti sint, sed quædam propria etiam simplicitate addiderint, permittente Deo ipsorum imperfectiones, non tamen sequitur eos peccasse, quia in-

vincibili laborantes ignorantia, credebant in similibus casibus fas esse mentiendo decipere: nam veritas ista, quod mendacium nullo casu sit licitum, nondum eo tempore cognita erat; immo, teste S. Augustino, apud Tirinum in *Judith cap. 10. vers. 12.* multi veterum, etiam post Christum passum secuti Platonem putarunt id sine peccato licuisse; sic Layman *lib. 4. tract. 3. cap. 13. num. 9.* & alii plures. Insuper dato, quod ipsi excusari non possent à peccato saltem veniali, sicuti eos ab ipso non excusant S. Joannes Chrysostomus, Lipomanius, Scotus, Adrianus, Lyranus, Cajetanus, Delrius, à Lapide, Bonfrerius citati, sed non secuti à Tirino in facto Patriarchæ Jacob *Genes. 27. vers. 19.* dicendum esset sicuti de Obstetricibus Hebræorum ait S. Augustinus *lib. de mendacio cap. 5. & lib. contra mendacium cap. 15.* fuisse laudatas non propter mendacium, sed ob misericordiam, quam servandis à nece infantibus præstiterunt. „Hoc etiam modo Judith, inquit S. Thomas 2. 2. quæst. 110. art. 1. ad 3. laudatur, non quia mentita est Holoferni, sed propter effectum, quem habuit ad salutem populi. Quamvis etiam dici possit, quod verba ejus veritatem habeant secundum aliquem sensum mysticum.“ Et concordat *cap. Si quælibet culpa 10. caus. 22. quæst. 2.* Unde quomodocumque dicatur, stat clarum nullo casu licitum mendacium.

Ad ea autem, quæ ex novo testamento objiciuntur de Christo, qui *Marci 13.* dixit: *De die illo, vel hora nemo scit &c.* respondetur, verba illa accipienda esse de scientia communicabili, adeoque vere, & absolute dixit se diem illum nescire, ut jam fusius fuit dictum sub verb. Juramentum art. 1. num. 15. vide *ibi.* Ad illud *Lucæ 24.* ubi *Christus finxit se longius ire,* respondetur id ad mysterium, seu figuram pertinere. Quod Christus se peregrinum, & divertentibus duobus discipulis longius iturum finxit, id est figuravit; aliquid enim tunc quidem absconditum, postea autem intelligendum, significare intendebat; videlicet se inter eos peregrinantem, mox longius abiturum ad Patrem cœlestem. Sic S. Augustinus *lib. contra mendacium cap. 13. ibi:* „Si nihil aliud significasset Jesus in eo, quod (externo agendi modo) longius ire se finxit, merito judicaretur esse mentitus simulando. Porro autem, si bene intelligatur, & ad id, quod voluit significare, referatur, invenitur esse mysterium; alioquin erunt cuncta mendacia, quæ propter quamdam rerum significandarum similitudinem, cum gesta non sint, tamquam gesta narrantur. Et infra: Ille igitur concludat Christum mentitum esse fingendo, qui negant eum, quod significavit, implevisse faciendo, puta ad cœlos ascendendo.“ Ad illud *Joann. 7.* ubi Christus dixit: *Ego autem non ascendam ad diem festum hunc,* respondetur, ut communiter tradunt Doctores *ibi,* quod Christus verissimum dixit, quamvis ascenderit, quia ex circumstantiis verba illa denotabant se non ascensurum publice ad ostendendam miraculis suam divinitatem, ut rogabatur, & favet ipsemet textus, qui didit: *& ipse ascendit ad diem festum, non manifeste, sed quasi in occulto.*

Unde ex omnibus supra adductis clare constat, nihil posse inferri, quod probet mendacium proprie dictum posse esse licitum in aliquo casu: sed stat in suo vero robore nostra conclusio, quod mendacium proprie dictum sit per se, & intrinsece malum, & nullo casu, seu ob nullam necessitatem cohonestari, & licitum fieri possit, ut tenent Aristotel. *lib. 4. Ethicorum cap. 8.* S. August. *toto libro de mendacio, & toto altero libro contra mendacium ad consentium.* S. Basilius *reg. 76. ex brevioribus.* S. Gregorius *l. 19. moral. cap. 2. & 3.* S. Thomas 2. 2. quæst. 110. art. 3. S. Bonaventura *in 3. sent. dist. 38. quæst. 2.* Scotus *in 3. sent. dist. 3. & alii communiter.*

Bene vero non est per se malum, sed ob justam causam licitum est celare veritatem per restrictionem non pure mentalem, seu per verbi æquivocationem auctoritates à Lucio allatas probant quidem posse quempiam veritatem occultare aliquando, quis enim hoc inficiabitur? At numquam ex illis quis deducet id fieri licite posse per restrictionem, etsi non pure mentalem, aut

aut per verbis æquivoocationem. Quinimmo hanc praxim à S. Augustino damnari, ita compertum est, ut mirum sit, quod Auctor S. Doctorem pro hac sententia adducat. Consule Opera edita ab Eminen. Orsi adversus P. Carolum Ambrosium Cataneum, ejusque epologistas, & præcipue: *Dimostrazione teologica* &c. aut facti dissimulationem S. August. in *Psalm. 5.* super illa verba; *Perdes omnes qui loquuntur mendacium, & lib. contra mendacium cap. 10.* ubi dicit aliud esse occultare veritatem, & aliud proferre mendacium. Et super *Genes. quest. 26.* relatus in *cap. Quæritur 22. caus. 22. quest. 2.* ibi: „Quæritur cur Patriarcha mentiri voluit, ut diceret Sacram Sororem suam:: Sed veritatem voluit celari, non mendacium dici; Soror enim dicitur, quia filia fratris erat.“ S. Thomas 2. 2. *quest. 110. art. 3. ad 4.* ubi ait: „Tametsi mentiri, aut simulare nullo casu licitum sit, tamen licet veritatem occultare prudenter sub aliqua dissimulatione.“ S. Chrysostom. *lib. 1. de Sacerdot. ad finem.* S. Hieronymus relatus in *cap. Utilem 21. caus. 22. quest. 2.* ubi hortatur ad simulationem utilem, & in tempore assumendam exemplo Jehu Regis Israel, & Davidis. S. Gregorius Papa *lib. 26. Moral. cap. 7.* relatus in *cap. Humanæ aures 11. caus. 22. quest. 5.* ibi: „Humanæ aures talia verba nostra judicant, qualia foris sonant; Divina vero judicia talia foris audiunt, qualia ex intimis proferuntur; Apud homines cor ex verbis, apud Deum vero verba pensantur ex corde.

22 Nec obstat id, quod dicit S. Isidorus *lib. 2. de summo bono cap. 11.* relatus in *cap. Quacumque art. 9. caus. 22. quest. 5.* ibi: *Quacumque arte verborum quis juret. Deus tamen, qui conscientie testis est, ita hoc accipit, sicut ille, cui juratur, intelligit.* Non obstat, inquam, quia hic textus percellit eos, qui mala fide, soloque decipiendi & injuste nocendi animo pravam mentem suam obtegunt; non vero illos, quos justa, & rationabilis causa cogit bonum, quod mente gerunt, propositum verbis ambiguis, & in aliquo sensu veris dissimulare; istis enim non quadrat S. Isidori sententia in *cit. cap. Quacumque arte::* Sed illa S. Gregorii Magni in *cit. cap. Humanæ aures::* Sic istas sententias apparenter contrarias conciliat S. Thomas 2. 2. *quest. 89. art. 7. ad 4.* citatus, & consecutus à Cabassutio in *Theoria, & praxi Juris canonici lib. 4. capit. 4. num. 12.* ubi sub *num. 13.* plurimis citatis dicit nostram conclusionem esse communem, uti & communem esse testatur Layman *lib. 4. tract. 3. cap. 13. numer. 10.* Vide *verb. Juramentum art. 1. à num. 13.*

23 Mendacium in Confessione deliberate commissum est sacrilegium, quia non solum est contra veracitatem, sed etiam contra religionem, cum sit irreverentia contra Sacramentum, & ejus Auctorem. *Communis.* Mentiens deliberate circa materiam necessariam Confessionis, vel negando scienter mortale, quod fecit, vel affirmando mortale, quod non fecit, peccat mortaliter, quia fit mentiens, vel non confitetur integre, vel saltem decipit Judicem in re gravi spectante ad substantiam judicii, adeoque graviter peccat. Suarez *disp. 22. sect. 10. num. 11.* Gormaz *curs. Theol. part. 1. numer. 150.* La-Croix *lib. 6. part. 2. num. 1176.* Layman *lib. 5. tract. 6. cap. 8. num. 15.* Reiffenstuel *theol. moral. trat. 14. dist. 7. quest. 1. num. 5.* & alii passim.

25 Mentiens scienter, & deliberate circa materiam non necessariam Confessionis, vel negando veniale, quod fecit, vel affirmando veniale, quod non fecit, vel mentiens circa peccata mortalia alias rite confessa, aut quæ hic & nunc non tenentur confiteri, peccat solum venialiter, quia, cum pœnitens non teneatur talis peccata confiteri, non graviter decipit Confessarium mentiendo, neque irritum reddit Sacramentum, cum nihilominus absolutionem validam consequatur. Coninch. *disp. 6. dub. 3.* Navarr. *cap. 21. num. 37.* Sylvester *verb. Confessio 1. quest. 8.* Layman *loc. cit. num. 15.* Sa. *verb. Confessio num. 12.* Petrus Sotus *Lect. 10. de Confess. in fine.* Suarez *disp. 22. sect. 10. Lugo disp. 16. num. 99.* Castropal. *tract. 23. part. 10. num. 4.* Stoz *lib. 1. part. 3. num. 34.* Dicastill. *disp. 8. num. 51.* Tam-

burin. *de Confess. lib. 2. cap. 16. num. 43.* Reiffenstuel *loc. cit. num. 17.* Bonacina *disp. 5. de Pœnit. quest. 5. punct. 2. §. 2. num. 9.* Vasquez, Arriaga, Illsung. cum La-Croix *lib. 6. part. 2. num. 1177.* contra S. Bonaventura. Paludan. Cajetan. Ledesmam, Armill. & alios tenentes fingere veniale in Confessione semper esse mortale. At Tamburinus *loc. cit.* dicit nostram conclusionem esse certam, & Reiffenstuel *loc. cit.* dicit esse communem, & de facto eam tenent Doctores passim. Dummodo tamen talis pœnitens absolutioni subjiciat aliam materiam sufficientem, de qua habeat verum dolorem, & propositum, quia, si nihil confiteretur præter veniale fictum peccaret mortaliter, non ratione mendacii, sed quia faceret absolutionem esse nullam propter carentiam debitæ materiæ. Sic omnes Doctores citati, & alii communiter cum Gobat *tract. 6. num. 541.* Diana *part. 3. tract. 4. resolut. 96.* (Circa hanc materiam. *Vid. leg. 5. tit. 13. part. 2. 2. tit. 7. 1. tit. 16. part. 7.* ibique glos. D. Greg. Lopez).

MENDICANTES RELIGIOSI.

Vide *verb.* Absolut. Approbatio; Confessarius; Debitum conjugale; Eleemosyna; Regulares.

MERCATOR.

SUMMARIUM.

- 1 *MERCATOR* vi, fraude, vel mendacio impediens, ne ad civitatem afferantur aliæ merces, ut ipse suas carius vendat, tenetur excessum pretii ementibus, & lucrum cessans aliis mercatoribus restituere.
- 2 *Mercator an*, quomodo, & quando peccet, & teneatur ad restitutionem, si ad se trahat eos, qui alios frequentant, remissive.
- 3 *Mercator quomodo excusetur*, quando dicit, vel etiam jurat, se non posse pro tali pretio talem mercem vendere, vel sibi pluris constare, licet in rigore hoc verum non sit, remissive.
- 4 *Mercator peccat pluribus modis*, qui assignantur.
- 5 *Alia ad rem*, remissive.
- 6 *Addit. subnectuntur*, ad num. 19.

MERCATOR, qui vi, fraude, mendacio, vel criminationibus impedit, ne ad civitatem afferantur aliæ merces, ut ipse carius vendat suas, tenetur non tantum ementibus aut Reipublicæ excessum pretii, sed etiam aliis mercatoribus lucrum cessans judicio prudentis Viri restituere: Est enim injusta causa utriusque damni. Sanchez in *Consil. lib. 2. disp. 49. num. 35.* cum aliis ibi citatis, La-Croix *lib. 3. part. 2. num. 80.* & alii passim.

Mercator an, quomodo, & quando peccet, & teneatur ad restitutionem, si ad se trahat eos, qui alios frequentat? Vide *verb.* Magister à *num. 14. ad 16. inclusive*, quæ enim circa hæc dicta sunt ibi de Magistris, dicenda proportionaliter veniunt hic de Mercatoribus.

Mercator quomodo excusetur, quando dicit vel etiam jurat, se non posse pro tali pretio talem mercem vendere, vel sibi pluris constare, licet in rigore hoc verum non sit; Vide *verb.* Jurament. *art. 1. num. 21.*

„*Mercator peccat.* 1. Si venenum, vel alia prohibita vendat cum suspitione pravi usus. 2. Si paratus sit quodcumque pretium etiam injustum ab emtore accipere. 3. Si rem carius, quam supremo pretio vendat ob dilatam solutionem. 4. Si mercium defectum gravem occultum non aperiat; pondus, & mensuram imminuat. 5. Si in emtorum injuriam, monopolium injustum instituat, merces omnes unius generis

„sibi comparet immoderato quæstu pro libitu vendēdas. 6. Si merces ab eo, qui non novit, emat pretio minore, vel cariore vendat ignorantibus. 7. Si merces veteres, & inutiles novis admisceat, & vendat eodem pretio utrasque. 8. Si justa tributa defraudat. 9. Si tempore debito, cum possit, non solvat creditoribus, cum gravi eorum damno. 10. Si mercibus solvat, quod pecunia debet contra creditoris voluntatem. 11. Si diebus festis publice emat, vel vendat contra consuetudinem permissam. 12. Si juret falso, se tanto pretio merces comparasse. 13. Si contractum ineat quemcumque dubitans de ejus justitia. 14. Si emat res furtivas &c.“ Hæc Busembaum l. 4. cap. 3. dub. 10. numer. 1.

5 Alia ad rem, vid. verb. Emtio. Venditio. (Præterea quæ verb. Emtio, & verb. Falsum, notantur, vide inter alia leg. 2. tit. 7. part. 5.)

6 ¶ De libris Mercatorum, an & quomodo ii probent, non inutilis hic est investigatio. Probare vero ipsos, sed 7 *semiplene* communiter Doctores tenent, nisi vel statuto, vel consuetudine plenam faciant probationem: Carpzov. de process. tit. 14. artic. 5. num. 52. & seq. Ruland. de Commissionib. part. 2. lib. 5. cap. 13. num. 9. Hering. de Fidejuss. cap. 20. §. 1. num. 71. Ayer Process. Inst. Jur. cap. 9. observ. 8. (Vid. lit. A in addit. hisp. 1. pag. 233.)

8 At sequentes conditiones concurrant oportet, ut libri Mercatorum vel *semiplene* vel *plene*, ubi est statutum, aut consuetudo probent. *Primo* Mercatores libros 9 producentes debent esse fide digni. *Secundo* habere debent debitam, & legalem formam, tum continere data, & accepta. *Tertio* diem, mensem, & annum comprehendere debet. *Quarto*, exprimere debent causam. 13 *Quinto* complecti debent verisimilia, tum carere omni 14 falsitate, & mala suspitione. Addunt *Sexto* alii, ut, 15 sint libri Mercatorum propria eorum manu scripti. At sufficere videtur, si sint ab eorum Institutoribus viris fidei huc suspectæ exarati; Carpzov. de Process. tit. 14. art. 15. num. 52. & plur. seq. Pacian. de Probat. lib. 4. cap. 63. num. 21. Escobar. de Ratiocin. capit. 12. num. 42. Scacc. de Commerc. cap. 11. numer. 268.

16 Nota vero, non aliter libros Mercatorum vel *semiplene*, vel *plene* existente statuto aut consuetudine probare, quam si contineant quæ ad *commerciorum materiam* spectant; Carpzov. loc. mox cit. Gail. lib. 2. observ. 20. num. 8.

17 Quæstionis est, num libri rationum Mercatorum pro tertio contra tertium *semiplene* probent? Affirmat Berlich. part. conclus. 36. num. 97. sed rectius negat Gail. de credit. cap. 2. tit. 3. num. 737.

18 Nec incongrue ea hic expendenda est quæstio, an implorare queat beneficium restitutionis in integrum Minor Mercator, qui ob merces creditas ab alio mercatore debitum contraxit, conventusque, dicat circa merces esse deceptum? Negatur, propterea quod peritia cujuscumque artis, quam Minor profitetur, impedit restitutionem in integrum circa negotia ejusdem artis;

19 Confer Oed. de restitut. in integr. part. 1. quæst. 23. art. 7. Urget & illud, quod hac ratione contrahentes publica auctoritate deciperentur; Adde Zoes. in comment. ad tit. ff. de Minor. num. 22. D

MERCATUS.

1 * **MERCATUS** à nundinis distinguuntur, tam à Doctoribus, quam in ecclesiasticis constitut. Benedict. XIV. tom. 144. incip. Ab eo tempore §. 11. Mercatus sunt de rebus minoribus ad quotidianas necessitates pertinentibus, & singulis septimanis à vicinis fiunt. Idem *ibid.* §. 16. Hi prohibentur omnino fieri diebus festis: Et in dies præcedentes, aut subsequentes transferri jubentur. Idem *ibid.* §. 22. Eaque de re approbatur decretum 2 Congregationis Concilii in Ripana Mercatus. Quacumque etiam immemorabili consuetudine minime obs-

tante, ut resolvit Sac. Congreg. Concil. in Barchionen. Observationis festorum. Idem *ibid.* §. 23. & 24. Vide verb. Festa. *

(Vid. verb. Nundinæ. lex 3. tit. 7. part. 5. determinat, solum per consuetudinem, seu supremæ potestatis privilegium (leg. 2. tit. 1. part. 2.) feriæ, aut mercatus initium sumere debent: in prædictis negotiationis nullum vectigal, vel tributum præter à Rege concessum veniet exigendum: dum ad nundinas mercatores se dirigunt, favores varii & gratiæ erant concessi: si bona eisdem in itinere auferantur, omni furtivarum rerum probatione deficiente, (leg. 4. tit. 7. ejusd. p. & lex 3. tit. 8. lib. 8. Recop. Cast. etiam con- ducit) sub juramento in litem, attentis quibusdam circumstantiis, simul cum damnis & interesse restitutio concedebatur: verum prædone non invento, aut ad satisfactionem bonis ejus non sufficientibus, consilium oppidi, territoriive dominus, in quo maleficio sit patratum, sic ablata mercatori solvent. Nulla molestia eis, dum in nundinis detinentur, est inferenda: præter debita, aliis feriis, eodem loco contracta, seu ibi solve determinata, ulla debet exactio permitti: in horum, aliarumque gratiarum comprobationem vid. dict. leg. 3. cum tit. 20. lib. 9. Recop. Castel.

Cetera referre quæ in commercii augmentum sunt decreta, nostris præcipue temporibus, non est hujus loci, nam separatim eam materiam pertingere, illico considerationi se subjicit; multis jam retro seculis à nostris Regibus diligi, honorarique meruit mercimonii exercitium, cum omnia (leg. 3. tit. 10. part. 2.) ad vitam necessaria per idem parentur, ad manumque in promptu habeantur; studium etiam fuit ad causarum inter mercaturam exercentes discussionem judices eligendi (vid. verb. Judex, ibi leg. 1. tit. 13. lib. 3. Recop. Castel. cum 14. tit. 1. lib. 9. Ind.) ut negotiatorum litigia super permutationibus, ceterisque ad eandem spectantibus, breviori spatio absque strepitu, & figura judicii terminarentur: Consules primarii erant assignati, in plurimisque hodie locis ampliata est eorum jurisdictio, utpote noviter alia similia, tribunalia erecta dignoscuntur; hic conducit mentionem facere Cætus cujusquam vulgo *el Tribunal de la Junta de Comercio* (Remis. 1. tit. 12. lib. 5. Recop. Castel.), in quo discutiebantur omnia ad illud quomodolibet attinentia, & per quem commercii instaurandi causa sollicitudo omnis adhibetur, rerum prævia relatione petita, insuper declarando, (Auct. Ac. 6. tit. 12. lib. 5. Recop. Castel.) si novi aliquid, per quod structura, seu manufacturæ fomentum consequantur, aliquis invenerit, impedimentum nobilitati ire non allatum, (Ad rem lit. I pagin. 156. ex vers. In lege octava: usque in fin.) quominus ejus privilegiis, si nobilis fuerit, fruatur, aut possint concedi, quamquam in re noviter inventa exerceatur; ceterum cum principale objectum prædicti cætus esse deberet, omnia decernere quæ ad regimen, ordinationes, perfectionem, & progressus in commercio officii &c. spectant, dumtaxat hæc cognitio cum necessaria ad ejus executionem jurisdictione in præcæto cætu remansit: (Reg. Sched. 24. Jun. ann. 1770.) ideo judices ordinarii lites inter mercatores, ac opifices subsцитas judicabunt, absque eo quod præjudicium aliquod Judicibus Consulatum, ubi isti fuerint erecti, irrogetur, quia tunc eorum est privativa jurisdictio ad cognoscendum de causis inter negotiatores, si per viam contractus, seu commercii, vel de mercibus disceptatio oriatur; præcedentia demonstrant quam æstimabile semper fuerit mercaturæ, & nundinationi incumbere: & quantum insistendum, ut ab eisdem non retrahantur subditi, tamquam necessaria hæc actio ad vitæ humanæ subsistentiam, eo quod non omnia in eodem loco, regno seu provincia procreantur, per consequens necessitas, ex hac penuria proveniens, societates, & præcisas obligationes ad communionem, & vicissitudines introduxit: hinc denique ortum habuere commercia, & negotiationes, quæ quidem, ut facilius, atque majori lucro exercerentur, immo omnes populi ut abundarent, ac omnia humanitatis auxilia consequerentur, veluti præibant ad mercatum, nundinarumque celebrationem.)

MERCES.

* **MERCEDIS** causæ, sicuti etiam quæ non excedunt summam scutorum 25. judicari possunt à Cardinali Vicario, & à Governatore Urbis contra quoscumque non obstante obligatione Camerali. Benedict. XIV. tom. 1. constitut. 115. incip. Romanæ Curiaë §. 24. Alia ad rem. Vide ad verb. Extractio. *

MERCIMONIA.

* **MERCIMONIA** exercentes super eleemosynis missarum, laici excommunicationis, Clerici vero, & Sacerdotes suspensionis pœnam incurrunt. Benedict. XIV. tom. 1. constit. 22. incip. Quanta cura, §. 5. Vide verb. Eleemosynas num. 64. & infra verb. Missa articul. 2. num. 16. ubi affertur dicta constitutio. *

MERETRIX.

SUMMARIUM.

- 1 **MERETRIX** quæ sit.
- 2 Meretrix non est, quæ uni, vel duobus sui corporis copiam facit, etiam quæstus causa.
- 3 Neque pœnæ inflictæ à jure, vel à constitutionibus municipalibus contra meretrices, habent locum in tali muliere.
- 4 Principes, & magistratus possunt sine peccato tolerare meretrices in suis ditionibus, & civitatibus ad evitanda majora mala.
- 5 Hinc quibusdam hic assignatis conditionibus, excusantur à peccato, qui elocant domos meretricibus.
- 6 Non excusantur tamen à peccato in aliquibus casibus, qui assignantur.
- 7 Unde publicæ meretrices possunt ab honestis locis expelli.
- 8 Et si sint scandalosæ, & procaces debent in exilium ejici sub pœna carceris, verberationis, & aliis arbitrio Judicis.
- 9 Meretrix potest recipere, ac retinere recepta ratione meretricii, immo nedum conventum, & receptum pretium pro concesso turpi usu sui corporis recipit, & retinet, sed etiam omni jure in foro externo illud exigere potest, si non ei à Fornicario solvatur.
- 10 Meretrix potest de lucro ex meretricio accepto facere eleemosynam, & donationem sibi benevolam.
- 11 Id tamen est intelligendum solum in casibus, in quibus tale lucrum accepit à personis potentibus dare, seu alienare.
- 12 Meretrix non potest absolvi, nisi vere suspectum consortium, & meretricium deserat.
- 13 Meretrix quibus præmissis possit à Confessario absolvi.
- 14 Meretrix quomodo sufficienter explicet peccata sua in Confessiones.
- 15 Addit. subnectuntur, ad num. 21.

1 **MERETRIX** est mulier, quæ multorum libidini est exposita, cap. Vidua 16. dist. 34. ibi: Meretrix est, quæ multorum libidini patet, seu meretrix est mulier, cujus turpitudine publice venalis est; cap. Meretrices 11. caus. 32. quæst. 4. ibi: Meretrices esse, & ad meretrices accedere prohibet Dominus, quarum publice venalis turpitudine est, & Glossa in cit. cap. Vidua, verb. Meretrix::: Unde mulier, quæ unius capta illi

sui corporis copiam facit, non potest dici meretrix. Faber in §. Scortis, Instit. de in offic. testam. Menochius de Arbitr. cap. 328. num. 3. Mascard. de probat. concl. 1063. num. 7. Neque illa, quæ duobus viris se prostituit etiam quæstus causa potest meretrix appellari. Abbas in cap. Inter opera in fine de sponsal. Bertaz. consil. 134. lit. C. Vincent. de Franch. decis. 68. num. 2. Menoch. Consil. 18. Pignatell. tom. 9. consult. 27. numer. 20. cum aliis ibi citatis. Neque pœnæ inflictæ à constitutionibus municipalibus contra meretrices locum habent in muliere, quæ uni, vel duobus tantum, etiam quæstus causa sui corporis copiam facit. Vincent. de Franchis loc. cit. Pignatell. loc. cit. & alii.

Principes, & Magistratus possunt sine peccato tolerare meretrices in suis ditionibus, & civitatibus ad evitanda majora mala. Sic S. Thomas. 2. 2. quæst. 19. artic. 11. in corp. his verbis; „Humanum regimen derivatur à divino regimine, & ipsum debet imitari. Deus autem quamvis sit omnipotens, & summe bonus permittit tamen aliqua mala fieri in universo, quæ proscribere posset; ne iis sublatis majora bona tollerentur, vel etiam pejora mala sequerentur. Sic ergo & in regimine humano illi, qui præsent, recte aliqua mala tolerant, ne aliqua bona impediatur; vel etiam ne aliqua mala pejora incurrantur, sicut Augustinus dicit in libro de Ordine cap. 4. Aufer meretrices de rebus humanis, turbaveris omnia libidinibus.“ Et eadem doctrina traditur ab antiquo Theologo apud Sanct. Thomam Opusc. 20. de regimine Principum lib. 4. capit. 14. citante alium textum S. Augustini, ibi: Hoc facit meretrix in mundo, quod sentina in mari vel cloaca in palatio. Tolle cloacam, & replebis fœtore palatium, & similiter de sentina: Tolle Meretrices de mundo, & replebis ipsum sodomia. Et sic communis Doctorum, & praxis. (Conducit vers. De Concubinariis::: in addit. hisp. verb. Forum).

Hinc quibusdam conditionibus concurrentibus excusantur à peccato qui elocant domos meretricibus. Sic Silvius in 2. 2. quæst. 77. art. 4. quæst. 1. conclus. 5. ubi ad quæsitum; „An etiam excusandi sint qui domos elocant meretricibus; sic respondet: Respondeo posse excusari si hæc omnia concurrant; quod & mulieres illæ sint ad meretricandum prorsus resolutæ, & à Republica tolerentur in ea civitatis parte, in qua ipsis elocatur domus, & peccatum displiceat elocatoribus; his enim positis justa subest causa negligendi peccatum talium mulierum, neque tenentur elocatores illud impedire.“ Ita etiam Quilici part. 7. art. 4. num. 29. Joann. de la Crux 6. præcept. art. 1. dub. 3. num. 7. Matthæuc. Cautela confessor. lib. 1. cap. 30. propos. 41. ab Alexandro VII. damnat. num. 18. La Croix lib. 2. num. 290. & lib. 3. part. 2. num. 1042. & alii. Et ratio est, quia locatio non est proxime ordinata ad fornicationem, sed indifferens, cum supponatur locatores eis domos locare, non cum intentione, ut in eis peccent, sed ut ibi habitent. Si autem domus essent in aliqua civitatis parte, in qua ob justam causam non tolerentur à superioribus meretrices; seu tales essent, ut ex se majorem præberent commoditatem peccandi, seu meretricandi, quia videlicet plures haberent portas, seu essent in loco magis tuto, & hujusmodi, tunc esse illicitum eas meretricibus elocare, ad quod facit Novella 14. de lenonibus §. Præconizamus, authent. collat. 3. tit. 1. l. Non aliter ff. de usu habitat. l. Si pendentes 27. ff. de usufructu, & quemadmodum quis utatur.

Unde publicæ meretrices possunt ab honestis locis expelli, per text. in citatis juribus, (Ad rem lex 6. tit. 8. part. 5. verb. Locatio.) & tradunt communiter Doctores apud Pignatell. tom. 4. consult. 87. num. 3. Et Paul. de Castro in l. Casus, cod. de testamentis expresse dicit, quod si aliqua inhonesta mulier veniat ad habitandum in vicinia, ubi similes non consueverunt habitare, à vicinis, & aliis civibus expelli possit. Quod censuit Sac. Congr. Episcop. & Regul. in civitatis Castelli 1. Januar. 1590. & in Ravennaten. 8. Nov. 1593. Quod si præterea sint scandalosæ ac procaces, debent in exilium ejici ad quinquaginta milliaria sub pœna carceris, verberationis, & aliis arbitrio Judicis, ut

in Spoletana 16. Januar. 1601. & S. Severini 11. Julii 1602. Non obstante quod in civitate non sit certus locus pro meretricibus deputatus, ut colligitur ex cit. l. Si pendentes, ubi Glossa ff. de usufruct. & cit. l. Non aliter 10. ff. de usu & habitat. Haftenus Pignatell. loc. cit. num. 3. Et utinam revera sic ejicerentur, & punirentur, ut harum poena territæ etiam aliæ sordidam illam artem relinquerent, cum poena unius metus soleat esse multorum, textu expresso in l. Ut unius 1. cod. ad leg. jul. repetundar. (Prooemium in tit. 1. p. 7. c. 1. leg. 7. tit. 19. Recop. Cast.)

- 9 An meretrix possit recipere, & retinere accepta ratione meretricii absque onere restitutionis. Vide verb. Restitutio art. 3. à num. 14. ad 16. à num. 21. ad 23. ubi concluditur, quod meretrix nedum conventum, & receptum pretium pro concessio turpi usu sui corporis licite recipit, & retinet, sed etiam omni jure etiam civili in foro externo illud exigere potest, si non ei à fornicario solvatur.
- 10 Meretrix potest de lucro ex meretricio accepto, tamquam proprio facere eleemosynam, donationem & quamcumque alienationem sibi benevisam; quia tale lucrum licet turpiter, & illicite acquiratur, patrato tamen scelere, licite acceptatur, & retinetur, & possidetur ut vere proprium. Sic communiter Doctores cum S. Thoma 2. 2. quæst. 32. art. 7. ad 2., ubi expresse dicit: „Quod mulier meretricium exercens, turpiter agit, & „contra legem Dei; sed in eo, quod accipit, non in- „juste agit, nec contra Legem. Unde quod sic illicite „acquisitum est, retineri potest, & de eo eleemosyna „fieri.“ Id tamen debet intelligi solum in casibus, in quibus meretrix tale lucrum, seu datum, acceperit à personis potentibus alienare; quia si illud acceperit à personis non potentibus alienare, ut à filiisfamilias, pupillis, minorennibus, religiosis, & hujusmodi, teneretur restituere; cum dictæ personæ non possint dominium talis lucri in ipsam meretricem transferre. Vide verb. Restitutio art. 3. à num. 14. ad 16. (Lex 53. tit. 14. part. 5. sic loquitur.)
- 12 Meretrix absolvi non potest, nisi vere suspectum consortium, & meretricium deserat. Communis. Vide verb. Absolutio art. 2. à num. 11. ad 16. Unde confessarius antequam meretricem absolvat, debet ipsam diligenter interrogare, an sit adhuc in actuali meretricio, an domum suspectam mutaverit, omnemque occasionem meretricianæ vere dimiserit? an post conceptum de meretricio dolorem, & emissum de cetero non peccandi propositum, adhuc relapsa fuerit? à quo tempore non amplius peccaverit, & hujusmodi. Et si vere in omnibus dispositam invenerit, & se rite, ac vere accusantem de omnibus commissis peccatis quoad numerum, speciem & circumstantias, quantum sibi possibile erit, cum firmo proposito de cetero non peccandi, nec se occasionibus peccaminosis exponendi, immo eas, quantum in se erit, evitandi, ac suppositis ceteris ad validam absolutionem necessariis, poterit, & debet ipsam absolvere.
- 14 Et si pro longo tempore, sui meretricii sit ei moraliter impossibile, seu valde difficile explicare integrum numerum, & omnes circumstantias peccatorum, sufficiet quod explicet per quantum tempus meretricium exercuerit, seplus, vel minus toties per diem, vel hebdomadam solitam fuisse peccare, tam cum personis solutis, quam cum conjugatis, tam cum clericis, & voto castitatis adstrictis, quam cum simplicibus laicis; tam cum consanguineis, & affinibus, quam cum omnibus aliis, quibus ad libitum diu, noctuque vivebat exposita, & parata, se omnes, quos potuit cum verbis, tum factis ad peccandum stimulasse, continuis impuris cogitationibus, lascivis locutionibus, ac obscœnis cantionibus deditam fuisse, & hujusmodi: dummodo tamen in illis peccatis, quæ sunt enormiora, & rarius committuntur, majorem explicet numerum; unde de istis est etiam à confessario interroganda; quoties nempe peccaverit cum Religiosis, cum consanguineis, & affinibus? quoties modo præpostero, in vase non naturali ad generationem non ordinato? quoties veneficia, præsertim amatoria, & similes superstitiones ad pec-

candum adhibuerit? quoties procuraverit abortum, seu prolem occiderit? quoties annuam confessionem, & communionem omiserit, aut sacrilege fecerit? & hujusmodi. Et si adinvenerit eam innodatam aliqua excommunicatione Episcopo reservata, seu cum causa ad Sanctum Tribunal spectante, debet eam dimittere ad Episcopum, vel ad Inquisitorem respective.

¶ An datum meretrici condici possit, ipsi Romani Jurisconsulti disputabant. Omnes autem conveniebant haud posse condici, sed non eadem de ratione. Labeo & Marcellus ideo datum meretrici repeti haud posse existimabant, quia utriusque turpitudine versatur, ubi possessoris causa potior est. Ulpianus vero: „Sed & „quod meretrici datur (ait in L. 4. §. condict. ob turp. „vel injust. caus.) repeti non potest, ut Labeo & Mar- „cellus scribunt, sed nova ratione non ea quod unius- „que turpitudine versatur, sed solius dantis, illam tamen „turpiter facere, quod sit meretrix, non turpiter accipe- „re, quum sit meretrix.“

Improbat vero & non immerito Strick *juridic. disp.* 18 *vol. 11. disput. 17. cap. 1. num. 22.* novam hanc Ulpiani rationem: „En conceptum (ait) egregium Ulpiani „de turpitudine. Concedit involvere turpitudinem me- „retriciam viam agere, sed in acceptione mercedis, „cum semel meretrix sit, nullam agnoscit. Idem est, „ac si dicere velles, turpe est esse furem & sacrilegum, „sed ubi quis semel fur est & sacrilegus, non turpiter „furatur & sacrilegium committit. Numquam prægnan- „torem contradictionem inveni. Concedit Ulpianus esse „turpe meretriciam vitam agere; quidquid ergo acci- „pitur ex illa turpi causa, omnino turpe erit: non po- „test enim effectus melior esse sua causa. Sed quid hæc „ad allegationem propriæ turpitudinis? Jocarum ni fa- „llor. Pono, Titius pecuniam datam condicit, exponit „meretrix exceptionem, accepi mercedem ex juxta cau- „sa vel titulo, scilicet propter stuprum. An putas mere- „tricem non allegare propriam turpitudinem? Et tamen „patronus meretricum Ulpianus hoc negat. Contradicit „enim, ut videtur, aliis jurisconsultis, Labeonis & „Marcello, qui ratione saniori ducti existimabant, ideo „mercedem repeti non posse, quod utriusque turpitudine „versetur, ubi possessoris causa potior est, l. 8. ff. de „condict. ob turp. caus. Expresse enim asserit, solius „dantis adesse turpitudinem, non accipientis, & hanc „novam rationem ab ipso esse inventam.“ Confer & Bruneman. in d. L. 4. §. 3. ff. de condict. ob turp. causam num. 1. & plur. seq. improbantem hanc Ulpiani novam rationem.!

Hinc vero patet, meretricem etiam sequuta copula petere haud posse promissum. Si enim datum ideo repeti minime potest, quia in pari causa turpitudinis melior est conditio meretricis possidentis, ex eadem ratione locus esse nequit petitioni promissi, quia & in pari turpitudinis causa melior esse debet conditio promissoris possidentis. Accedit, quod frustra quæreretur, an datum repetatur, si non datum peti posset. Adisis, & Bruneman. loco mox citato num. 10. & plur. seq. qui Covarruviam in cap. Peccatum part. 1. §. 21. contrarium tenentem nominatim confutat.

Utrum autem promissio facta meretrici sit ipso jure nulla, an exceptionem doli sit elidenda? Distinguit Bruneman. ubi supra num. 8. & seq. „Et aut turpis „causa non est expressa, inquit, & valet conventio, sed „est inefficax ob exceptionem doli, qua probata reus ab- „solvitur: aut est expressa, & est ipso jure nulla.“

Quid si pignus datum præterea sit meretrici? Pignus retinere haud posse probat Zoesius in d. l. 4. §. 2. num. 9. de condict. ob turp. caus. propterea quod adjici pignus nequit obligationis nullæ vel inefficaci. ¶

(Circa personas hujus naturæ seu qualitatis in odium iniquæ actionis, & earum distinctionem, varia sunt disposita, licet pro nunc de eorum observantia non constet.

Ex tempore D.D. Alphonsi IX. qui scienter ad meretricium domum suam locabat, regiæ cameræ eadem applicabatur: si ancillæ seu juvenes aliæ in hunc finem & pecunias percipiendas domi suæ fuerint ab aliquo retentæ, illæ libertatem (leg. 4. tit. 22. p. 4.) consequantur; istæ sunt ac debent dotari: sed si unde hoc fiat, non

non habeat, nolueritve, capite damnatur. (*leg. 2. t. 22. p. 7. verb. Dos, art. 2.*)

Ex tempore D. D. Philippi IV. publicæ domus, ubi hujusmodi mulieres corporis sui copiam (*leg. 8. tit. 19. lib. 8. Recop. Cast.*) faciebant, prohibitæ reperiuntur.

Vetabatur eisdem, quidquam auratum, argenteum, sive vestem sericam portare; (*leg. 1. cap. 13. tit. 12. lib. 7. Recop. Cast.*) scapulario, habitu alio religioso, ac famulabus, quæ quadraginta annorum ætatem non adimpleverint, neque in locis sacris, sive ecclesiis pulvinari, tomicibus, tapete, uti (*leg. 7. tit. 19. lib. 8. Recop. Castel.*) eis non conceditur; in vehiculis, curribus, rhedis, sellis, seu lecticis deambulare etiam erat prohibitum. *Remis. 2. tit. 19 lib. 8. cum leg. 9. cap. ultim. tit. 19. lib. 6. ejusd. Recop.*)

M E T O P O S C O P I A.

Vide verb. Superstitio num. 22.

M E T R O P O L I T A N U S.

* M E T R O P O L I T A N I jurisdictionem ordinariam in suffraganeorum diocesis exercere prohibentur. *Bened. XIV. tom. 1. constitut. 98. incip. Inter plures §. 18.* Metropolitanus non potest visitare ecclesias cathedrales, aut dioceses Episcoporum suffraganeorum, nisi de mandato Concilii Provincialis. *Idem ibid.* Metropolitanus jurisdictionem non habent proprio jure in monasteria sita in diocesis suffraganeorum. *Idem ibid. §. 19.**

M E T U S.

S U M M A R I U M.

- 1 M E T U S quid sit.
- 2 Metus est duplex, scilicet gravis, seu cadens in constantem virum, & levis, seu cadens in virum inconstantem, & qualis sit uterque remissive.
- 3 Ad metum gravem quatuor conditiones requiruntur & assignantur, remissive.
- 4 Metus alius est incussus à causa intrinseca, & alius à causa extrinseca libera, & qualis sit uterque, remissive.
- 5 Insuper metus alius est juste incussus, & alius injuste, & qualis sit uterque, remissive.
- 6 Qualis metus invalidet, seu dirimat matrimonium, nec ne, remissive.
- 7 Metus, & violentia in quacumque ætate incutiantur, reddunt matrimonium ipso jure nullum.
- 8 Dummodo tamen talis sit metus, & violentia ut potuerint cadere in constantem virum.
- 9 Mulieri dicenti se contraxisse per metum, incumbit onus probandi, non solum ipsum metum, sed etiam illius qualitatem.
- 10 Metus cadens in constantem virum dicitur mortis periculum, aut corporis cruciatus, & aliud hujusmodi grave malum.
- 11 Metus vanus, & levis non excusat.
- 12 Metus quando dicatur vanus, & levis, seu non cadens in constantem virum, & quando gravis, seu cadens in constantem virum, relinquatur arbitrio Judicis.
- 13 Metus minus excusat fœminam, quam masculum.
- 14 Metus mortis violentæ incussus à causa libera extrinseca cadens in constantem virum invalidat professionem regularem.
- 15 Non invalidat autem dictam professionem, nec votum irritat metus mortis naturalis, seu ab intrinseco.
- 16 Nec dictam professionem invalidat, nec votum ir-

- ritat metus mortis accidentalis casualis.
- 17 Cur professionem inficiat timor mortis violentæ incussus à causa libera extrinseca, & non timor mortis naturalis, vel accidentalis casualis.
- 18 Metus mortis violentæ ad hac, ut invalidet professionem, debet esse ab homine incussus, & ordinatus ad ipsam professionem extorquendam.
- 19 Secus autem non invalidat.
- 20 Metus reverentialis, si præcesserint minæ, vel verbera, aut pater sit terribilis, annullat professionem.
- 21 Professio dicitur metu facta ex præcedentibus minis, aut verberibus à patre illatis etiam sine expresso præcepto.
- 22 Insuper volunt multi sufficere solum metum reverentialem etiam absque minis.
- 23 In praxi tamen tenendum est non sufficere solum metum reverentialem ad annullandam, seu invalidandam professionem regularem.
- 24 Quæ dicta sunt de metu circa professionem veniunt proportionaliter ceteris paribus dicenda de metu circa matrimonium, & circa susceptionem Sacrorum Ordinum.
- 25 Alia de metu, remissive.
- 26 Metus electionem inficit ipso jure.
- 27 Metus gravis cadens in constantem virum excusat à præcepto positivo tam divino, quam humano.
- 28 Nullus tamen metus etiam mortis excusat ab observantia divini præcepti, cujus transgressio est intrinsece mala.
- 29 Neque ullus metus etiam mortis excusat ab observantia præcepti, seu legis, cujus transgressio est contra bonum commune.
- 30 Addit. inseruntur, ad num. 59.

M E T U S est instantis, vel futuri periculi causa mentis trepidatio: *leg. 1. ff. Quod metus caus. 8. Thomas in 4. sent. dict. 29. quæst. 1. in corpor. Fagnan. in cap. Sacris 5. de his quæ vi, metusve num. 18.*

Metus est duplex, scilicet gravis, seu cadens in constantem virum, & levis, seu cadens in virum inconstantem, & qualis sit uterque? Vide verb. Impedimenta Matrimonii art. 1. num. 99.

Ad metum gravem quatuor conditiones requiruntur & assignantur. Vid. dict. verb. Impedimenta Matrimonii art. 1. num. 100.

Metus alius est incussus à causa intrinseca, & alius à causa extrinseca libera, & qualis sit uterque. Vid. dict. verb. Impedimenta num. 101.

Insuper metus alius est juste incussus, & alius injuste, & qualis sit uterque. Vide dict. verb. Impedimenta num. 102.

Qualis metus invalidet, seu dirimat matrimonium, nec ne. Vide dict. verb. Impedimenta à num. 103. ad 107. & verb. Matrimonium art. 2. num. 4. 5. 6. & 7. & 49.

Metus & violentia qui in quacumque ætate incutiantur, reddunt matrimonium ipso jure nullum, cum tollant libertatem consensus, textu expresso in cap. De illis 9. de desponsat. impub. ibi: "Sed cujuscumque sint ætatis, se possunt per illatam violentiam excusare, nisi post violentiam consensus accedat;" & concordat capit. Veniens 13. de sponsalibus, & matrimon. Dummodo tamen talis sit metus, & violentia, ut potuerit cadere in constantem virum; cap. Veniens 15. & capit. Consultationis 28. tit. eodem. Fagnan. in cap. De illis 9. & 10. & ipso teste, communis aliorum.

Mulier dicenti se contraxisse per metum, incumbit onus probandi non solum ipsum metum, sed etiam illius qualitatem videlicet metum fuisse talem, qui cadere possit in constantem virum; cit. cap. Veniens 15. & cap. Consultationis 28. de sponsalibus, ibi: "Sed de illato metu est cum diligentia inquirendum, & si talis metus inveniatur illatus, qui cadere potuit in constantem virum, erunt non immerito audiendæ;" Fagnan. in cit. cap. Consultationi num. 9. & alii passim. Metus cadens in constantem virum dicitur mortis periculum, aut corporis cruciatus, & aliud hujusmodi gra-

ve malum; *l. Interpositas cod. de transactionibus, cap. Perlatum est 1. § cap. Cum dilectus 6. De his, quæ vi, metusve causa fiunt, cap. Si verum 1. § cap. Lotharius 4. caus. 31. quæst. 2. Fagnan. in cit. cap. Consultationi num. 10. Cardinal. ibidem num. 1. § ibi Glossa ultima communiter recepta.*

11 Metus autem vanus non excusat; *l. Metum autem 2. ff. Quod met. caus. l. Vani timoris ff. de regul. juris, l. Si quis ab alio ff. de re judicata; Fagnan. loc. c. num. 11. & alii passim.*

12 Metus autem quando dicatur vanus, & levis, seu non cadens in constantem virum, & quando gravis, seu gaudens in constantem virum, relinquitur arbitrio Judicis; *l. Metus autem ff. ex quibus caus. major. Glossa in dict. l. Interpositas verb. Cruciatu cod. de transactionib. Glossa additionalis in cit. cap. Consultationi verb. In constantem::: Fagnan. ibidem num. 12. Abbas in cap. Cum virum num. 8. de Regularibus, & alii apud Menoch. de arbitr. judic. caus. 135. n. 3.*

13 Metus tamen minor magis excusat foeminam, quam masculum, ut notat Glossa communiter recepta *in cap. Cum locum 14. de sponsalibus à matrim. verb. Metus, per textum in cap. Indignantur 4. caus. 32. quæst. 6. Fagnan. in cit. cap. Consultationi num. 14. Butrius ibidem num. 4. Cardin. num. 1. Abbas in 3. notabil. Præposit. num. 3. Alexander de Nævo in 5. notabil. Rota part. 7. recent. dec. 115. num. 12. part. 13. decis. 211. n. 8. & sæpe alibi.*

14 Metus mortis violentæ incussus à causa libera extrinseca cadens in constantem virum invalidat professionem Regularem; *cap. Perlatum est 1. § cap. Cum dilectus 6. De his, quæ vi, metusve causa fiunt. Fagnan. in cap. Sicut nobis 17. de regularibus num. 24. § 17. & communis aliorum. Non invalidat autem dictam*

15 *professionem, nec votum irritat metus mortis in graviter ægroto, ratione cujus non impeditur votum emissum; cap. Porrectum 13. cap. Sicut nobis 17. de regularibus, cap. Ex part. 9. de conversion. conjugator.*

16 *Fagnan. loc. cit. num. 25. & alii passim. Nec dictam professionem invalidat, nec votum irritat metus mortis accidentalis casualis, ut quando votum religionis assumendæ fuit emissum ab eo, qui metuebat mortem ex periclitatione navis, ex incendio, ruina, peste, aut clade, quæ forsitan Deus immittit, ut omnes convertantur, ut cap. Convertimini 16. quæst. 1. cap. Sanctum est, de consecrat. dist. 4. § in authentic. Ut non luxurientur contra naturam 1. respon. § 1. collat. 6. Fagnan. loc. cit. num. 26. & alii.*

17 Ratio autem, cur professionem inficiat timor mortis violentæ incussus à causa libera extrinseca cadens in constantem virum, & non timor mortis naturalis, vel accidentalis casualis, est, quia, cum timetur mors illa violenta, metus inducitur ab homine, non à Deo, & contra violentiam hominis jura assistunt, ut *l. 1. § toto titulo ff. Quod metus causa, § cit. cap. Perlatum est 1. § cap. Cum dilectus 6. de his, quæ vi, metusve causa fiunt, cum similibus; cum vero timetur mors naturalis, aut accidentalis casualis, timor immittitur à Deo ad animæ conversionem, contra quod non competit restitutio, ut notat Joan. Andreas in cap. Cum virum, de Regularibus, & Fagnan. loc. cit. num. 8. Nec esset superior, qui illam dare posset; cap. Inferior 21. distinct. § cap. Cum inferior, de majorit. § obedient. Deus enim non semel per flagella corripit peccatores; capit. Nabuchodonosor 23. quæst. 4. Et sic distinguit Glossa in cit. cap. Sicut nobis 17. de Regularibus, verb. De morte securus::: ubi expresse habet: "Quæritur, quare alias timor mortis impedit monachari, ut cap. Perlatum est 1. de his, quæ vi, metusve causa fiunt, & non hoc? Respondeo, monachatur ibi, ut evadat mortem corporis, hinc non monachatur, ut evadat mortem corporis, sed potius mortem animæ." Et ita Hostiens. Joann. Andræas, Henrich. Boich cum Fagnan. loc. cit. num. 28. & ipso teste ceteri alii.*

18 Metus autem, seu timor mortis violentæ, ad hoc ut invalidet Professionem, debet esse ab homine incussus, & ordinatus ad ipsam Professionem extorquendam, juxta textum *in cap. Perlatum est 1. de his, quæ*

vi, metusve causa fiunt. Unde si quis, ut evadat ultimum supplicium ob conscientiam scelerum commissorum, aut mortem sibi timens ab inimicis, Religionem profiteatur, nisi aliud obstiterit, est valide professus, licet alias professurus non fuisset, ut articulo diligenter discusso declaravit Sacra Congreg. Concilii, teste Fagnan. in cap. Si quis 2. de Regularib. num. 82.

Metus reverentialis, si processerint minæ, vel verbera, aut pater sit terribilis annullat professionem. Sic articulo mature discusso firmavit Rota *decis. 590. numer. 2. § 3. decis. 720. num. 3. coram Merlino, cum aliis in Milevitana Nullitatis Professionis 3. Jan. 1653. §. Nec dicatur; § part. recent. decis. 105. numer. 2. part. 13. decis. 211. num. 6. & sæpe alibi, & sic tenet Pignatell. tom. 7. consult. 77. cum communi aliorum. Professio dicitur metu facta ex præcedentibus minis, aut verberibus à patre illatis, etiam sine expresso præcepto; Rota cit. part. 3. decis. 105. num. 2. part. 13. decis. 211. num. 6. cum plurimis ibi adductis. Insuper Rota in Terracensi coram Merlino, quæ est decisio 591. inter illius impressas, teste Pignatell. loc. cit. num. 2. speciatim firmavit sufficere solum metum reverentialem etiam absque minis propter summam libertatem, quam hujusmodi actus requirit, ut ex mente Sacræ Congregat. Concilii tenet Diana part. 3. tractat. 2. de Regularibus resolut. 92. Sperell. decis. 79. num. 28. cum aliis per Rot. in Burgensi Nullitatis Professionis 16. April. 1649. §. Quæ omnia, coram Arguellas, & alii apud Reiffenstuel lib. 2. decretat. tit. 31. & favet Regul. 4. ff. De Regul. Juris ibi: Velle non creditur; qui obsequitur imperio patris, vel domini, quia talis metus reverentialis communiter censetur æquivalere metui gravi; Pontius lib. 4. c. 5. Tanner. Lessius, Barbosa apud Gobat tract. 9. num. 249. In praxi tamen tenendum est, non sufficere solum metum reverentialem ad annullandam, seu invalidandam Regularem professionem: Sic Reiffenstuel lib. 3. Decretal. tit. 31. num. 165. ubi plurimis citatis dicit esse probabiliorem, communiorem, & communissimam aliorum; Piring. ibid. num. 120. Sanchez lib. 4. de matrim. disput. 6. num. 7. § 17. cum plurimis ibi adductis.*

Quæ dicta sunt de metu circa professionem, & veniunt proportionaliter ceteris paribus dicenda de metu circa matrimonium, & circa susceptionem sacrorum Ordinum. Vide Pignatell. tom. 7. consult. 77. ubi de quolibet respective metu adducit Rotæ decisiones, & plurimos Doctores.

Alia de metu vide *verb. Contractus. Ordo. Professio. Votum. Impedimenta matrimonii.*

Metus electionem inficit ipso Jure; *cap. In nomine Domini 1. §. Quod pravorum, §. Quod si quis contra dist. 23. cum similibus; Fagnan. in cap. Orbis 3. de Simonia num. 64. & alii communiter. Vide verb. Electio art. 4. num. 51. ad 57.*

Metus gravis, v. gr. mortis, mutilationis, infamiæ, aut jacturæ bonorum cadens in constantem virum excusat à præcepto positivo, tam divino, quam humano. Sic non tenetur quis in tali periculo, aut metu ad integritatem materialem Confessionis, ad impletionem voti, ad observantiam jejunii, ad auditionem missæ in die festo, & hujusmodi; quia Legislato non censetur velle obligare cum tanto incommodo; Leges enim positivæ sunt accommodatæ humanæ conditioni; juxta illud *Matthæi 11. Jugum meum suave est, & onus meum leve; Sanchez 1. moral. cap. 18. Azor. part. 1. lib. 1. cap. 11. Layman lib. 1. tract. 4. cap. 14. Felix potestas t. 1. p. 1. n. 221. § 222. & alii passim.*

Nullus tamen metus etiam mortis excusat ab observantia divini præcepti, cujus transgressio est intrinsece mala: Unde neque ob metum mortis licet fornicari, adulterare, mentiri, & hujusmodi; *Communis.* Neque ullus metus etiam mortis excusat ab observantia præcepti, seu Legis, cujus transgressio est contra bonum commune, quia bonum commune prævalet particulari; *Communis.*

§ Obligationes metu contractas jure naturæ esse nullas, non est quod dubitetur. Ut enim aliqua oriatur obligatio, satis haud est, ut is qui se obligat voluntatem

tem habeat se obligandi, sed insuper necesse est, ut is cui acquiratur obligatio, capax sit ejus acquirendæ. In obligationibus autem metu contractis, ut is qui metu se obligat voluntatem habeat se obligandi, is tamen cui obligatio acquiratur, ejus acquirendæ haud est capax, quum nemo ex facto suo illicito meliorem suam conditionem facere possit; confer Puffendorf.

Legibus vero Romanis placuit distinguere negotia bonæ fidei inter, & negotia stricti juris. In illis se conformarunt juri naturæ, in his autem obligationem nasci voluerunt, sed metum passo remedio restitutionis in integrum subvenerunt. Nec Jus Canonicum in totum recessit à Jure Romano; Bohemer. in *introduc. in jus digest. lib. 4. tit. 2. num. 1.* Schamburg. in *compendio juris digestor. lib. 4. tit. 2. §. 1.* An autem hodiernis moribus sublata distinctione hac inter negotia bonæ fidei, & negotia stricti juris, nulla indistincte sit obligatio metu contracta? vide apud Strinck in *usu moderno Pandect. lib. 4. tit. 2. §. 2.*

Ut autem de restitutione in integrum, quam concedunt Leges Romanæ, paucis disseramus, sciendum est, quod non omnis metus ei locum facit, sed metus justus, qui dicitur *trepidatio mentis orta representatione mali inevitabilis à tertio non jure facta*, l. 1. 7. in fin. ff. §. 1. 8. ff. *Quod metus causa gestum erit.*

Requiritur ergo I. ut malum repræsentatum inevitabile sit. Quocirca in incontinenti imminere non debet, sed sufficit quoque futurum, modo probabiliter certum sit; leg. 2. princip. ff. *Locati.* Ita tamen comparatum esse debet, ut per metum agens non velit solum, sed etiam possit illud inferre. Metus itaque infamiæ justus non est; l. 7. princip. ff. *quod metus causa*; justus vero est metus mortis, verborum, carceris; l. 7. §. 1. ff. *dict. tit. §. 1. 7. cod. eodem l. 13. cod. de transact.* item stupri l. 8. §. 7. *dict. tit.* De cetero in dijudicanda metus justitia Judicis arbitrium non plene excluditur, qui non ad malum solum repræsentatum, sed ad *affectum quoque, & conditionem metuentis* respicere debet. Ad omnino Voet. in *comment. ad Pandect. lib. 4. tit. 2.*

II. Requiritur, ut à tertio malum sit repræsentatum. Sequitur autem hinc, metum reverentialem non esse justum, suspicionem mali inferendi non sufficere; l. 9. princip. ff. *dict. tit. l. 9. princ. cod. eodem*; metum quem nullæ minæ concomitantur, vanum esse; reales quidem minas, licet verba non accedant, non vero simpliciter verbales, metum inferre posse, si ficti atrocitas non sit timenda; *dict. l. cap. dict. tit.*

III. Requiritur, ut malum non jure repræsentetur. Aliud igitur, si jure licito repræsentetur, veluti in bello, vel à magistratu, nisi hic modum excesserit; l. 3. lib. 7. §. 1. ff. *de tit.*

Hisce autem positis, non solum actio ad repetendum id quod metu extortum est, sed & exceptio ad declinandam obligationem conceditur, nisi accesserit rati habitio obligationis cessante metu facta; l. 2. §. 1. 4. cod. d. tit.

Actio datur non solum contra metum inferentem, sed etiam contra quemvis tertium rei metu extortæ possessorem, primario quidem *ad rem cum omni causa restituendam*, per accidens vero, si intra annum, vel jure codicis intra quadriennium continuum sit instituta, restitutio vero ad arbitrium Judicis non sequatur, *ad quadruplum* rei fructus & omnis causæ; L. 14. §. 7. ff. *dict. tit.* Sed an hodiernis moribus hoc in casu ad quadruplum agi queat non conveniunt Doctores. Affirmat Strick in *usu moderno Pandect. lib. 4. tit. 2. §. 3.* Negant vero Gronowegen *ad l. 9. §. 6. ff. d. tit.* Mornac. *ad l. 14. ff. eodem.* Gudelin. *de jure noviss. l. 3. cap. 12.* Adde Schaumburg. in *compend. digest. lib. 4. tit. 2. §. 7.* ubi quod hæc actio, utpote non amplius hodiernis moribus pœnalis, sit perpetua.

Interest autem, utrum hæc actio instituat contra tertium, aut contra metum inferentem. Ille tantum tenetur de re extante, non extincta; l. 14. §. d. ff. *tit.* nec de fructibus perceptis, nisi ex iis factus sit locupletior; l. 18. §. ff. *d. tit.* Hic vero de re etiam casu extincta, & de omnibus fructibus, percipiendi quoque

tenentur; l. 12. princip. ff. *d. tit.* idque quia ab ipso momento, quo rem sibi ex facto illicito habet, in mora restituendi esse intelligitur.

Contra hæredem *qua talem* hæc actio non competit, quia ex facto rei *actione quod metus causa*, si ad eum aliquod ex facto antecessoris lucrum venit, *actione in factum*, l. 16. §. 8. l. 16. ff. *d. tit.* Num de jure canonico detur hæc contra hæredem *qua talem*, consule Bohemer. in *decretal. lib. 5. tit. 17. §. 5.*

(Quæ de metu manent disposita ex leg. 27. §. 28. tit. 11. part. 3. 15. tit. 2. part. 4. 56. tit. 5. 28. tit. 11. 49. tit. 14. part. 5. §. 7. tit. 33. p. 7. comprobantur. Non officit D. Anton. Gomez 2. tom. *variar. cap. 14. num. 27.* D. Covar. in 4. *de sponsalib. 2. p. cap. 3. §. 6. num. 4.* atque Joan. Gutierrez *de juram. confirmat. 1. p. cap. 1. num. 15. adire.*)

M I L E S.

MILITES quid possint, & debeant facere, vel non ratione belli, vide *verb.* Bellum art. 3.

Milites à quibus possint, & debeant recipere Sacramenta Pœnitentiæ, Eucharistiæ, & Extremæ Uctionis, & coram quibus valide, & licite contrahere matrimonium vide *verb.* Capellanus militum *per tot.* ubi referuntur ad rem plurima decreta.

Sacra Congregatio Concilii in *Ferrariensis jurisdictionis* 12. Jan. 1704. resolvit non posse Capellanum arcis Ferrariensis audire in eadem arce Confessiones cum licentia Eminentissimi Legati, à quo deputatur, absque licentia Eminentissimi Episcopi, *ut in lib. 54. decr. fol. 1.*

Milites confugientes ad ecclesiam solam libertatem meditantes, & nullius alterius criminis rei gaudent immunitate: Sacr. Congreg. Immunit. in *Audomaren. §. Ipren. 4. Sept. 1624. lib. 1. decret. Altoviti pag. 991.*

Milites transeuntes ad hostes gaudent immunitate ecclesiastica; quoad transeuntes autem ad hæreticos, consulatur Sacr. Congr. S. Officii: eadem Sacr. Congr. Immunitatis in *Ipren. 19. Maji 1676. lib. 1. decr. Altoviti p. 1249.*

Miles extractus ab Ecclesia à suis Officialibus militiæ gaudet immunitate eccles. & est restituendus; Ead. Sacr. Congreg. Immunit. in *Cornetana 28. Septembr. 1663. lib. decis. Rocc. pag. 410.*

Milites confugiti ad Ecclesiam, sed à proprio Locumtenente assecurati posse redire ad suum proprium, ut dicitur, *Quartiere*, relinquentes locum *Immunem*, gaudent Immunitate, dolose enim induci sunt ad discedendum; Eadem Sacr. Congr. Immun. in *Spoletana 2. April. 1675. lib. 1. Decret. Altoviti pag. 1081.*

Coloni mensæ episcopalis non possunt in milites describi, nisi aliter Sanctissimus jusserit; Ead. Sacr. Congreg. Immun. in *Perusiana 11. Decembr. 1630. lib. 3. decret. Paul. pag. 197.*

Miles, qui asportaverat, ut dicitur, *il nome della Sentinella*, à Governatore Arcis extractus, restituatur ecclesiæ, & postea Nuncius extrahat, ac ex gratia speciali Sanctissimi consignet Ministris Republicæ, ut illum puniant prout Juris; Ead. Sacr. Congr. Immun. in *Veneta 7. Jun. 1633. lib. 2. decret. Paul. pag. 160.*

Datur facultas extrahendi, & retinendi in castro regio nomine ecclesiæ ad correctionem milites confugientes ad loca immunita, qui sunt incorrigibiles in eorum delictis; Ead. Sacr. Congreg. Immun. in *Noapolitana 20. Septembr. 1670. lib. 1. decret. Altoviti pagin. 480.*

Annunte Sanctissimo, datur facultas Archiepiscopo extrahendi milites confugientes in fraudem servitii militaris ad ecclesias, ad formam *cap.* Inter alia, de Immunitate Eccles. Ead. Sacr. Congr. Immun. in *Sipontina 18. Julii 1671. l. c. decret. Altoviti pag. 575.*

Datur Archiepiscopo facultas extrahendi milites confugitos in ecclesia in fraudem servitii regii, eosque consignandi suo Centurioni, reportato juramento non punien-

- diendi pro delicto; Ead. Sac. Congreg. Immun. in *Mediolan.* 25. *Aug.* 1696. *lib.* 1. *decr.* Vallem. p. 45.
- 13 Jussu Sanctissimi ex gratia speciali datur, seu prorogatur ad aliud biennium Episcopo Mantuæ facultas extrahendi milites desertores, vel reos alterius criminis militaris à quocumque loco immuni d. civitatis, & diocesis, eosque consignandi suis Superioribus, reportata ab iis obligatione jurata de eos non puniendo ob fugam, vel ob aliud delictum, sed de illos tantum retinendo tamquam milites, ut antea; Ead. Sac. Congr. Immun. in *Mantuana* 9. *Junii* 1703. *lib.* 2. *decr.* Vallem. p. 493.
- 14 Mandante Sanctissimo, similis facultas conceditur Archiepiscopo Taurinen. sub iisdem cautelis pro viginti casibus; Ead. Sac. Congreg. Immun. in *Taurin.* 15. *Maji* 1700. *lib.* 2. *decr.* Vallem. p. 289.
- 15 Cum pro parte Regis Catholici Eminentissimus Trivultius supplicasset Sanctissimo pro expediendo Brevi ad hoc ut milites delinquentes non fruatur Immunitate ecclesiastica in ecclesiis, seu capellis positis in castris, & Arcibus Majestati Catholicæ pertinentibus, responsum fuit, recurat in casibus particularibus; Ead. Sac. Congreg. Immun. in *una regnorum Regis Catholici* 12. *Novembr.* 1652. *lib.* 5. *decr.* Paul. p. 2.
- 16 Milites refugæ à triremibus, & ad ecclesiam confugientes, gaudent Immunitate, sed, si petantur, restituntur, præstato prius juramento à triremium præfecto, illos non puniendi; Ead. Sac. Congreg. Immun. in *Anconit.* 6. *Septembr.* 1672.
- 17 Ab onere hospitandi milites ecclesiastici sunt omnino exempti: Ead. Sac. Congreg. Immun. in *Papien.* 10. *Septembr.* 1629. *lib.* 2. *decr.* Paul. p. 6. ☉
- 18 Etiam in bonis patrimonialibus pro sua proportione, & virili; Ead. Sac. Congreg. in *Derton.* 4. *Nov.* 1629. *lib.* 2. *decret.* Paul. p. 18.
- 19 Ecclesiastici non possunt ejici à propriis domibus occasione habitationis militum regionum; Ead. Sac. Congreg. Immun. in *Aquilana* 16. *Aprilis* 1630. & in *Nullius Altamura* 27. *April.* 1632. apud Pignatell. t. 2. *consult.* 32. *num.* 6.
- 20 Officiales, & Milites, prævia reintegratione ecclesiæ, & consensu partis, absolvuntur ob violentam hospitacionem in domo Canonicali; Ead. Sac. Congreg. Immun. in *Augustana Pedemont.* 9. *April.* 1665. *lib.* 2. *decret.* Vallem. p. 1881.
- 21 Item eadem Sacra Congreg. Immunit. sub die 30. *Jun.* 1632. dedit literas Episcopis Status Mediolanensis pro tuenda libertate ecclesiastica ab hospitacione militum. Idem decrevit in *Derton.* 17. *Mart.* 1633. scripsitque Episcopo Boviensi, ut viriliter tueatur Clerum ab hospitacione militum, ut sub 23. *Aug.* 1633. Idem Episcopo Placentinus sub 29. *Maji* 1734. apud Pignatell. l. c. n. 7.
- 22 Item eadem Sac. Congreg. Immunit. censuit pariter domos Regularium, & Monasteriorum Monialium exemptas esse ab hospitacione militum, ut in *Corton.* 23. *Aug.* 1633. apud Pignatell. *loc. cit.* *num.* 8.
- 23 Episcopus non permitat hospitacionem equorum militarium in atris, & curtilibus monasteriorum Monialium; Ead. Sac. Congreg. Immun. in *Asten.* 5. *Decembr.* 1696. *lib.* 2. *decret.* Vallem. p. 61.
- 24 Ministri publici civitatis, qui violenter fecerunt reporni fœnum in claustro Regularium, incidunt in excommunicationem, sed attentata remotione fœni, & prævia aliqua elemosyna eroganda ecclesiæ, consensu Partis, & obligatione de non incurrendo amplius in similia, datur facultas absolvendi in forma; Ead. Sac. Congreg. Immun. in *Papien.* 17. *Aug.* 1667. *lib.* 2. *decret.* Vallem. p. 110. apud Riccium *verb.* Hospitatio *num.* 5.
- 25 Neque bona Episcopi gravari possunt hospitacione militum; Ead. Sac. Congreg. Immun. in *Regien.* 12. *Jan.* 1645. Immo censuit domos Ecclesiasticorum quamquam laicis locatas esse exemptas ab hospitacione militum; Eadem Sac. Congreg. Immunit. in *Novarien.* 9. *Jun.* 1627. apud Pignatell. *loc. cit.* *num.* 10.
- Onus hospitacionis militum non est personale, sed mixtum, ideoque Clericus conjugatus ab eo non est exemptus, nisi concurrat consuetudo; Ead. Sac. Congreg. Immun. 13. *Jun.* 1649. *lib.* 3. *decret.* Paul. p. 120.
- Miles præsiarius sepeliri debet in parochia Arcis, ubi actualiter moratur, non autem in alia parochia, ubi retinet domum apertam cum uxore, & filiis; Sac. Congreg. Concil. in *Romana Juris sepelliendi* 17. *August.* 1697. apud Ursayam in *Miscellaneo* 1. *Sacro*, & *profano lit.* M. *num.* 203.
- * Militum stationes non præbent justam causam dispensandi populum ab Observantia quadragesimali; Bened. XIV. tom. 1. const. 130. *incip.* Libentissime §. 19. Milites Mauritii Imperatoris lege prohibiti sunt monasticam vitam amplecti, sed contra hanc legem scripsit S. Gregorius Magnus; idem tit. 2. const. 35. *incip.* Ex quodilectus.*
- ☞ De re militari consule Voet. *lib. de singul. de Jur. militar.* Octo hisce capitibus, absoluto. *Primum* est de bello in genere, & nonnullis ejus speciebus, ac divisionibus. *Secundum* de militia, qui, & quales, & quomodo in militiam sint adscribendi. *Tertium* de variis militum gradibus, ac speciebus, præsertim de exercitus Imperatore, ejusque requisitis. *Quartum* de delictis, ac criminibus militum, eorumque pœnis. *Quintum* de præmiis militum, & præda bellica. *Sextum* de privilegiis militum, & aliis quibusdam, præter Jus commune quoad milites constitutis. *Septimum* de Judiciis militaribus. Et *octavum* de missione militum, & pace. Confert etiam *Burgera singular. observ. Jurisd. politic. Militar. centur. Quatuor.* ☞
- (Posteaquam recognoscantur remissiones hoc verbo contentæ: ad *num.* 12. & 15. vid. *lit.* I, *pag.* 32. *vers.* Quibus cognitis::: ad *num.* 17. & 18. tot. *addit. hisp. verb.* Bona Ecclesiastica, præsertim *pag.* 410. *vers.* Domus::: *verb.* Clericus, *verb.* Franchitiæ, *pag.* 129. *vers.* Circa::: *verb.* Jejunium, *pag.* 266. *vers.* Videantur::: ad *num.* 30. contenta debent perlegi titul. qui in *addit. hisp. nov. verb.* Bellum, *pag.* 289. *vers.* Circa::: Ordinationes bellicæ non despiciantur; de iudiciis militaribus, vid. *add. hisp. novis. verb.* Forum, & *verb.* Judex, ubi multa invenies dictata.
- Omnibus præcedentibus bene digestis, species quatuor expedit hic subnectere quæ licet inter se diversæ, multum utilitatis Lector consequetur, si ceteris adjungantur: prima species ex *reg-sched. ed.* 29. *Mart. an.* 1770. provenit: secunda ex *reg-sched.* 1. *Septembr. an.* 1771.: tertia ex *alia sub data* 25. *April. an.* 1784.: quarta ex *reg-sched.* 6. *Decembr. an.* 1785.: *reg-sched.* 6. *ejusd. an.* 1785. conveniens etiam videtur determinationem inserere: in *prima* decernitur, iudices ordinarios judicialem posse cognitionem assumere in militia adscritos, alicujus delicti perpetratores, (de stupro ibi agitur) si loco, in quo delictum est patratum, nullus militiae præfectus reperiatur, nihilominus aliter esset dispositum in *artic.* 14. *reg-sched.* 12. *Aug. an.* 1769. ad *judicium hispano sermone* Alcaldes de Barrio creationem expeditæ, nam absolute ordinariis demandatur: in *secunda* præscribitur, quemcumque ex nominatis, munus publicum obtinentem, forum militare in omnibus ad idem concernentibus amittere: in *tertia* demonstratur, nisi casus inopinatus seu promptæ executionis intercesserit, à nemine, sive tribunus, legionis instaurator, utagus, alteriusve denominationis exercituum individuus fuerit, singularibus personis auxilium militare præstari valere, nisi magistratum venia accedente, aut regio præcepto: in *quarta* de solutione debiti, quod in favorem (*Lit. F pagin.* 23. *col.* 2. *in princ.*) artificum, operariorum, famulorum &c. inveniatur: per eam determinatur, in prædictis forum militare bello maritimo dicatis dumtaxat favere, dum aliquo sunt munere, seu occupatione bellicera detenti; per *ultimam* vero statuitur, militiae præfectos, si ex eorum subditis aliquis vexilla deseruerit, iudexque ordinarius ob furtum, aliudve crimen (non excep-

☉ Quomodo personæ ecclesiasticæ in hospitando milites se gerunt, jam manet expositum. (1)

(1) Vid. *verb.* Bona, sub *lit.* 7.

ceptum) processerit, nullum jus ad rei reclamationem habere interea quod ab eodem causa decisa, à regioque prætorio vulgo *Chancilleria* in aula criminali, exequi mandata, terminetur: si in causa obtinet reus, tunc militaris jurisdictio manet expedita, ut super desertionis delicto cognoscat, manui, & potestati præfecti militiæ reum relinquendo. Prodest *reg. sched. 1. Aug. an. 1784. in qua declaratur, posse in milites ab ordinariis procedi, & vice versa à judicibus militiæ in seculares vulgo Paisanos, si tam isti quam illi verbis seu factis non bene se gerant, eosdem flocci pendant, aut irreverenter tractent.*)

MILITIA.

1 *MILITIA S. Georgii Martyris à Duce Baviaræ erigitur, & in ea constituuntur sex Officia Ecclesiastica cum approbatione Apostolica conferenda viris nobiles Equitibus Ecclesiasticis, quorum primus Episcopali dignitate, & caractere sit insignitus, ut Pontificalia munera in Ordinis præfati Ecclesia sub invocatione S. Georgii Martyris Deo dicata, & ab omni Ordinarii Episcopi Loci jurisdictione immuni, & exempta, exercere valeat. Secundus cum Præpositi nomine, & Pontificalium usu, ut vices Antistitis, hoc absente, vel legitime impedito, expleat. Tertius, ac Quartus cum Decanorum nominibus, qui Divinis Officiis, sive Horis Canonis cum aliorum Militum Equitum interventu in dicta Ecclesia persolvendis in Choro intersint. Quintus, ac Sextus denique Eleemosynarii ab honore appellati, à quibus Decanorum munera ipsis absentibus pariter, aut legitime impeditis, præstentur, *Benedict. XIV. tom. 1. const. 32. incip. Militare §. 2. & 3. & per tot.*

2 Militia S. Januarii à Carolo utriusque Siciliæ Rege erecta confirmatur, ejusque Officialibus, & Militibus Indulta, & Privilegia varia conceduntur; *Idem const. 24. incip. Romanæ Ecclesiæ per tot.*

3 Militia Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani laudatur, & ipsius Militibus, & subditis conceduntur Indulta Cruciatæ: *Idem const. 86. incip. Quoniam per tot.* Super ejus triremibus permittitur celebratio Missæ cum solitis opportunis cautelis; *Idem const. 41. incip. Exponi.* Vide supra *ad verb.* Hierosolymitani Milites.

5 Militia S. Lazari Hierosolymitani à S. Pio V. reformata, à Gregorio XIII. unita fuit Militiæ S. Mauritii, & Clemens VIII. privilegiorum communicationem inter eos indulsit; inter quæ aderat facultas à S. Pio V. concessa erigendi Commendas ex Beneficiis Ecclesiasticis simplicibus de jure patronatus Laicorum; *Idem const. 10. incip. Fructuosa §. 1. 3. & 4.*

7 Militia S. Mauritii Martyris à Gregorio XIII. erigitur sub regula Cisterciensi. Ejus Sedes principalis in Sabaudia, & Magnus Magister Sabaudia Dux constituitur. Eidem unitur Militia S. Lazari Hierosolymitani, Clemens VIII. confirmat unionem cum communicatione privilegiorum; *Idem ibid. §. 2. 3. & 4.*

9 Dictæ Militiæ SS. Mauritii, & Lazari Magno Magistro conceditur, ut ex Beneficiis Ecclesiasticis simplicibus de Jurepatronatus Laicorum erigere possit Commendas sui Ordinis de consensu Patronorum; *Idem ibid. §. 6.* Et probationes super natura hujusmodi Beneficiorum fieri possint coram Nuncio Apostol. apud Sardinia Regem & Sabaudia Ducem residente, sive coram Archiepiscopo Taurinensi, aut Episcopo viciniore; *Idem ibid.* Et erectiones Commendarum confirmari per Literas in forma Brevis: vel etiam per simplex Decretum Congregationis Episcoporum & Regular. vel Concilii Tridentini; *Idem ibid. §. 7.*

11 Officiales patentati SS. Mauritii, & Lazari subjiciuntur jurisdictioni Ordinarii: Cum enim nonnulli Sacerdotes Diocesis Uritanæ Literas, quas *Patentales* vocant, obtinuissent à Vicario Commendæ SS. Mauritii & Lazari, & ob id se immunes censerent à jurisdictione Ordinarii, proposito dubio, An Officiales Patentati SS. Mauritii, & Lazari sint exempti à jurisdictione Ordinarii; Sacra Cong. Conc. in dicta Uritana die 7. Sept. 1726. respondit *Negative*, apud *Thesaurum Resolut. dicti anni.* *

MINISTER SACRAMENTORUM.

SUMMARIUM.

- 1 **Q**uis Sacramentorum est Minister: qualis intentio in eo requiratur: Minister voluntarie distractus in conficiendis Sacramentis qualiter peccet, ad num. 11.
- 12 Minister conficiens Sacramentum in peccato mortali quomodo peccet: quod discrimen inter laicos, & Sacerdotes baptizantes: de Ministro Pœnitentiæ Sacramenti etiam agitur: quoties peccatum committitur, si Minister ordinarius una vice duos gemellos baptizat, ad num. 17.
- 18 Sacerdos in mortali celebrans, Extremam Unctionem conferens, Episcopus Ordines, & Confirmationem, ac Matrimonium contrahens mortaliter peccat: varii casus notantur in quibus peccat graviter Minister Sacramenti, cum suis exceptionibus, ad num. 43.
- 44 Sententia in administratione Sacramentorum qualis erit sequenda: quomodo, & quando Parochus tenetur suis subditis ministrare Sacramenta: Minister Baptismi an puerum sine eo moriturum queat in flumen, vel puteum projicere, ad numer. 56.

MINISTER sacramentorum novæ legis est, qui nomine Christi operans Sacramentum conficit; *communis*. Unde in rigore, qui Eucharistiam tantum distribuit, non est proprie Minister, quamvis sæpe dicatur ministrare, latius sumendo. Minister sacramentorum de lege ordinaria, & ex vi præsentis institutionis est solus homo viator; Christus enim Dominus solos homines viatores allocutus est in institutione eorundem sacramentorum, & ad ministerium Extremæ Unctionis ex Divo Jacobo Apostolo requiritur fides, quæ est solum propria viatorum; sic tenent communiter Doctores, immo La-Croix *lib. 1. part. 1. num. 50.* dicit sic tenere communiter Auctores cum S. Thoma *3. part. quest. 64. art. 7. Lugo disp. 8. sect. 1.*

Minister sacramentorum extraordinarius potest esse quælibet creatura rationalis, sive anima separata, sive Angelus, sive etiam dæmon, si à Deo assumeretur; *communis* cum S. Thoma *3. part. quest. 64. art. 7. & Scoto in 4. distin. 6. quest. 1.* Unde, si constaret Sacramentum esse à Beato, seu ab Angelo collatum, de ejus valore non esset dubitandum, quia certum est Beatum, seu Angelum non nisi ex speciali Dei deputatione id fuisse facturum; seclusa tamen certa revelatione, ut ait Scotus *loc. cit.* dubitandum esset de collato à dæmone, cum sit spiritus mendacii, & aliunde non quærat hominem salvare, sed perdere. Dicit tamen & ad longum probat Lugo *in respons. moral. lib. 1. dub. 16.* quem sequitur La-Croix *lib. 5. part. 1. n. 500.* quod si quis à S. Petro, vel alio Beato extraordinarie absolveretur à peccatis, esset quidem vere absolutus, & justificatus; attamen maneret obligatus ad confitenda mortalia homini viatori, & ad subjicienda directe clavibus ecclesiæ militantis; sicuti qui huic sua peccata Christo confitetur, & ab eo per contritionem impetrat eorum remissionem, non ideo liberatur ad obligationem confitendi eadem peccata Ministris ecclesiæ, ut præcepto divino, & ecclesiastico sacramentalis confessionis satisfaciatur.

Non quivis homo est cujusvis sacramenti Minister, ut fides catholica docet, contra Lutherum *lib. de instituendis Ecclesiæ Ministris, edito anno 1523.* ubi docet omnibus baptizatis eandem inesse potestatem in sacramentis administrandis: „Sacerdos, inquit, in novo præsertim testamento non fit, sed nascitur, non ordinatur, sed creatur, nascitur autem in Baptismo, suntque prorsus omnes christiani Sacerdotes.“ At nostra conclusio ultra quam quod habetur ex plurimis Sacrae Scripturæ locis, est expresse definita à Concilio Tridenti-

tino sess. 7. de Sacramentis in genere canon. 10. de Confirmat. canon. 2. de Eucharistia sess. 22. canon. 2. de Pœnitent. sess. 14. canon. 10. de Extrema Unctione canon. 4. de Confirmat. & Ordin. sess. 23. canon. 7.

Minister Baptismi qui esse possit: vide Baptismus.

Eucharistiæ: vide Eucharistia.

Pœnitentiæ: vide Pœnitentiæ Sacramentum.

Extremæ Unctionis; vide Extrema Unctio.

Ordinis: vide Ordo.

Matrimonii: vide Matrimonium.

- 7 Qualis intentio requiratur in Ministro Sacramentorum: vide *verb.* Intentio à num. 14. ad 43.
- 8 Minister Sacramentorum debet habere attentionem internam, ut valide sacramentum conficiat: debet enim habere advertentiam, & applicationem aliquam animi ad id, quod facit, alioquin confectio sacramenti non esset actio humana, nec posset dici facta in nomine, aut persona Christi, ut requiritur, *communis*. Ad hoc autem sufficit attentio virtualis, ut dictum est, de intentione virtuali *loc. cit.* Quænam autem sit virtualis, actualis, & habitualis, interna, & externa. Vide *verb.* Attentio.
- 10 Minister voluntarie distractus in conficiendis sacramentis, quamvis ordinarie non peccet, nisi venialiter, uti cum communi docet Gobat *in exper. tract. 2. numer. 202.* potest tamen peccare mortaliter, si sit periculum errandi in formis præsertim longioribus, aut applicatione debitæ materiæ, ut notat idem Gobat *tract. 1. num. 97. & La-Croix lib. 6. part. 1. num. 85.* citans Tamburin. *de sacramentis lib. 1. cap. 2. §. 1. num. 4. & de sacrific. lib. 2. cap. 3. num. 9.* ubi dicit, eum peccaturum mortaliter, qui voluntarie distraheretur in consecratione Eucharistiæ, cum sic irreverenter se gerere in sacrificio, sit gravis irreverentia.
- 12 Minister sacramenti ad tale sacramentum ministrandum specialiter consecratus, solemniter ex officio conficiens sacramentum in statu peccati mortalis, peccat mortaliter, nisi adsit casus extremæ necessitatis, vel impossibilitatis, *communis*. Est enim ex se gravis irreverentia sacramentum à Christo institutum ad nostram sanctificationem confici à Ministro, ad id consecrato, in statu peccati mortalis, cum Sancta sint sancte tractanda. Unde Levitici cap. 21. dicitur: *Sacerdotes incensum Domini, & panes Dei sui offerunt, & ideo sancti erant.* Exod. 19. *Sacerdotes, qui accedunt ad Dominum, & sanctificentur, & Is. 52. Mundamini qui fertis vasa Domini, & cap. Omnia 78. caus. 1. q. 1.* ex verbis S. Augustini habetur: »Omnia sacramenta, »cum obsint indigne tractantibus, prosunt tamen per »eos digne sumentibus.« Dicitur autem notanter *specialiter consecratus*, quia laici, & non Sacerdotes baptizantes urgente necessitate in statu peccati mortalis, non committunt novum peccatum mortale. Cum enim ipsi non sint ad id specialiter consecrati; nec ex officio ministrent, sed mere per accidens, non est in eis tanta deformitas, & irreverentia sacramentum Baptismi ministrare in statu peccati mortalis, *communis*. Dicitur etiam notanter, *nisi adsit casus extremæ necessitatis, vel impossibilitatis*, quia etiam Sacerdos non peccat mortaliter, cum in casu extremæ necessitatis pueri agonizantis, & ob casum inopinatum perplexus, & perturbatus, seu sine advertentia, non prius contritus de peccato mortali, in quo existit, ipsum puerum privatim illico baptizet, seu moribundum adultum absolvit; *communis*, testibus Dicastill. *dict. 3. num. 214.* Esparza *quæst. 18. art. 4.* La-Croix *tit. 6. part. 1. num. 92.*
- 15 Quinimmo, teste Gormaz *num. 141. & 151.* cum La-Croix *loc. cit. num. 91. & 92.* varii volunt, tam laicum, quam Sacerdotem privatim in casu extremæ necessitatis puerum agonizantem baptizantes, & Sacerdotem in pari necessitate adultum absolventem, nullum peccatum, ne quidem veniale, committere, si interim urgente necessitate nequeant se tam cito disponere ad contritionem; immo potius eos peccare, si in tali extrema necessitate non baptizent, seu non absolvant, quia Jus divinum, & charitas magis obligat ad procurandam salutem proximi, quam ad attendendam reverentiam Sacramenti, contra quam non agitur in tali necessitate, sicuti in-

quit Dicastill. & ex ipso La-Croix *loc. cit.* irreverentia est, per se loquendo, si famulus tecto capite transeat dominum, attamen si videat filium domini submergendum, nisi tecto capite occurrat ad eripiendum à naufragio filium domini, nullam in hunc committit irreverentiam, sed potius rem gratissimam agit; & culpandus esset, si non ita faceret; Et sic cum aliis teneat Lugo *de sacramentis in genere disput. 8. sect. 9. numer. 151.* Gobat *in Exper. tract. 1. num. 53.* Sporer *tom. 3. part. 1. cap. 3. num. 176. & alii.*

Minister Sacramenti Baptismi, & Pœnitentiæ existens in peccato mortali peccat mortaliter, quoties illud extra casum necessitatis ministrat interruptis moraliter ministeriis: *communis*. An autem, si Minister ordinarius, seu alius Sacerdos una vice, & velut uno moraliter ministerio duos gemellos, aut etiam plures continue baptizet, vel absolvat, peccet toties, quoties successive baptizat, seu absolvit? Vide *verb.* Confessarius *art. 1. num. 46. & 47.*

Sacerdos mortaliter peccat, quoties in mortali celebrat, & in die Natalis Domini tria Sacra consequenter in eodem altari celebrans, tria peccata mortalia committit; quia quodlibet missæ sacrificium est unum per se distinctum ministerium ad aliud subsequens minime ordinatum; Sporer *loc. cit. num. 175. & alii communiter.*

Item mortaliter peccat Sacerdos conferens in statu peccati mortalis Extremam Unctionem; *communis.*

Item mortaliter peccat Episcopus conferens in statu peccati mortalis Confirmationem, & Ordines; *communis.*

Item mortaliter peccat contrahens matrimonium in mortali non solum prout est suscipiens, ut tenent communiter Doctores, sed etiam prout est ministrans, ut absolute La-Croix *loc. cit. num. 93.* Henno *tom. 2. de Sacram. disp. 4. quæst. 3. art. 3. resolut. 2. & alii communiter volentes sic contrahentem esse reum duplicis culpæ; utrumque tamen peccatum sufficienter explicat dicendo in Confessione se in mortali contraxisse, quia suscipiendo ministrat, & ministrando suscipit. Parochus autem non peccat mortaliter quia in nostra sententia non est Minister Matrimonii; sed solum testis publicus, & auctoritatibus. Qui tamen tenent ipsum esse Ministrum, & non contrahentes, consequenter dicere debent eum peccare mortaliter, si ministret in statu peccati mortalis.*

✠ Et quia sententia affirmans Parochum esse hujusce sacramenti Ministrum solidissimis innitur rationibus, gravibusque auctoritatibus, eamque amplectantur primi subsele Theologi: hinc quivis Parochus, ut à peccandi contra reverentiam Sacramento debitam periculi caveat, curare debet, ut ad sacramenti Matrimonii celebrationem accedat in statu gratiæ. ✠

Quamvis autem ministrans Sacramenta extra casum necessitatis in statu peccati mortalis peccet mortaliter, valide tamen illa ministrat; Est de Fide ex Trident. *sess. 7. Can. 12. ibi: Si quis dixerit, Ministrum, in peccato mortali existentem, modo omnia essentialia, que ad sacramentum conficiendum, aut conferendum pertinent, servaverit, non conficere; aut conferre Sacramentum, anathema sit.* Sicuti etiam ad valorem Baptismi non requiritur fides ministri, dummodo applicata debita materia, & forma intendat facere quod facit Ecclesia, seu faciunt christiani: Est de Fide ex variis Conciliis, & signanter ex Trident. *sess. 7. Can. 4. ibi: Si quis dixerit, Baptismum, qui etiam datur ab hæreticis, non esse verum Baptismum, anathema sit.*

Ministri sacri, qui in ministrando Sacramentum non conficiunt, sed Sacramentum jam confectum solum aliis applicant, aut distribuunt, ut qui Eucharistiam jam confectam distribuunt in statu peccati mortalis, probabiliter non peccant mortaliter: Sicuti nec peccant mortaliter, qui in statu peccati mortalis conficiunt sacramentalia, aut res sacras tractant, ut Episcopus in mortali primam Tonsuram conferens, Abbas benedicens sacras virgines, consecrans, ecclesias, altaria, campanas, vasa, chrisma consecrans, oleumve Infirmorum, benedicens vestes sacras, & hujusmodi. Idem Parochus in mortali Matrimonio assistens, nup-

nuptias benedicens, seu solemnitates Baptismi ab alio privatim in necessitate collati supplens: Item Sacerdos in mortali Eucharistiam intra, vel extra missam tangens, de loco ad locum transferens, aquam, sal, panem, domum, & alia hujusmodi benedicens: Item Diaconus, & Subdiaconus in mortali ministrans, Evangelium, vel Epistolam solemniter cantans, Concionator publice verbum Dei prædicans, & sic de aliis similibus. Sic quoad omnia supradicta Vazquez d. 136. num. 39. Amicus d. 9. numer. 6. Bernal. dict. 17. §. 3. Sporer loc. cit. num. 174. & alii multi cum Diana part. 2. tract. 4. resolut. 23. & Aversa de Eucharist. quæst. 10. sect. 5. §. Quinto & aliis communis, teste Sporer loc. cit. La-Croix lib. 6. part. 1. num. 86. & seq. Et ratio est, quia omnes istæ actiones non tendunt immediate ad sanctifiandum hominem, sicut actiones propriæ Sacramentales; adeoque, quamvis aliqua irreverentia non careant, tamen non est irreverentia tam gravis, ut culpam mortalem constituat, quamvis communiter, & ordinarie culpam venialem inducat.

✠ Censoribus non placet illorum assertio, qui ajunt probabilius non peccare lethaliter administrantes Eucharistiam, ac Diaconum, & Subdiaconum exercercentes proprium officium in peccato mortali. Ut iis morem gererem, transcribenda duxi, quæ fusim hac de re disputat Continuator Tournely. Is itaque ait: *Peccat mortaliter per se loquendo, saltem qui ex officio sacramenta in statu peccati mortalis conficit, vel administrat.*

Probatur 1. ex Scriptura Levit. 12. *Sancti erunt Sacerdotes Deo suo, & non polluent nomen ejus; incensum enim, & panes Dei sui offerunt, & ideo sancti erunt.* Unde sic: Graviter peccant qui polluunt nomen Domini: sed qui destituti sanctitate altari inserviunt, polluunt nomen Domini; ergo.

Et cap. 22. *Omnis qui accesserit de stirpe vestra ad ea, quæ consecrata sunt . . . in quo est immunditia, peribit coram Domino: Ego Dominus atqui poena tam gravis grave peccatum supponit: Quanto magis ergo putatis deteriora mereri supplicia, qui Filium Dei conculcaverit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit, ut ii faciant, qui sancta non tractant sancte?*

Isaiæ ult. *Facinorosus, qui sanctificat mihi vitulum, quasi canem animal immundum occidat, & qui offert thus in memoriam quasi blasphemus; ergo cum mysteria nostra legalibus longe sanctiora sint, longe gravius peccare oportet, qui eadem impia manu coinquinat.* Hinc Apostolus per Titum, & Timotheum sollicitè monet Episcopos, Presbyteros, & Diaconos, ut ministrent in conscientia pura: *Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, 1. Thimot. 3. Oportet Episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem Tit. 1. Diaconi probentur primum, & sic ministrent, nullum crimen habentes.*

Probatur 2. ex Traditione. Augustinus Tract. 5. in Joan. *Ego dico, & omnes dicimus, quia justos oportet esse tanti Judicis Ministros; erat ergo hæc unanimis omnium sententia: & citato jam contra Parmenianum loco; Omnia sacramenta cum obsint indigne tractantibus &c. quibus consonat id Nicolai I. ad Bulgaros: Unde aliis commodum exhibet malus Minister, inde sibi dispendium præbet.*

S. Gregorius lib. 1. Epist. 23. *Necesse est, ut munda sit manus, quæ diluere sordes curat: scriptum namque est: Mundamini, qui fertis vasa Domini.*

Gregorius IX. cap. Quæsitum 17. de temporib. ordinat. interrogatus de Sacerdotibus, aliisque Clericis, quorum occulta erant crimina, respondet, eos, si non penituerint, monendos esse, & sub interminatione divini judicii obtestandos, ut in testimonium suæ damnationis in susceptis Ordinibus non ministrent: quæ verba grave scelus indicant. Hinc idem Pontifex cap. 10. de cohabit. Clericor. &c. declarat, Clericum quemlibet pro mortali peccato quoad se ipsum esse suspensum. Hinc etiam Rituale Romanum jussu Pauli V. editum sic præscribit: *Sacerdos, si fuerit sibi mortalis conscius quod absit, ad Sacramentum administrationem non audeat accedere.* Idem docet Catechismus Romanus part. 2. cap. 1. numer. 17. & S. Carolus Borrom. in institutionibus suis:

unde liquet quam caute, & sancte vivere debent Parochi, ceterique Sacerdotes, qui omni fere temporis momento ad conferenda Sacramenta vocari possunt.

Prob. 3. ratione. Qui sacramentum conficit, aut administrat, gerit personam Christi; fit cum eo unum & totale agens, cum actio ejus sit invisibiliter actio Christi; ac demum merita ejus, & sanguinem dispensat: atqui graviter peccat homo, qui cum reus sit & diaboli mancipium, hæc & tanta præstare audet. An non enim gravis est indecentia, & in ipsum Christum quadantenus redundans, quod infensus Christi hostis eundem in actione omnium dignissima repræsentare ausit? An non violatur sancta Dei majestas, cum ei quasi operationis socius, & adjutor conjungitur filius belial? An non sanguinem testamenti pollutum, aut quasi rem momenti nullius ducit, qui qua manu poculum Babylonis, hac eundem sanguinem dispensat?

Dices: non peccat Canonicus, licet mortalis culpæ conscius, qui cum aliis divinas laudes, attento modo, & devote persolvit: ergo nec peccat minister, qui cum intimo religionis sensu, ad justificandum quidem impari, sed tamen ulterius peccandi voluntatem excludente sacramenta conficit, aut administrat. Si enim prior sancta sancte tractare censetur, quidni posterior?

Resp. neg. conseq. Ratio disparitatis duplex: prima, quod nec scriptura, nec Patres ullibi exigunt, ut actu sanctus sit, qui officium, seu privatim, seu publice recitat; id vero exigunt de eo, cui tractanda incumbunt mysteria salutis nostræ: secunda, quod longe sublimior fit actio Ministri sacramenta tractantis, quam Canonici psallentis. An is enim dispensat sanguinem Christi? An personam ejus in actione omnium maxima repræsentat, &c. Interim docet Habertus, eum graviter peccare, qui graviter reus divinis officiis præest; unde qui *presidentiam* hanc ex alterius absentia sibi imminere sentit, debet confestim ad Deum recurrere per actum doloris de peccato.

Dixi 1. *per se loquendo*; quia Minister ex officio sacramenta conferens, à novo peccato excusari potest: 1. propter invincibilem sui status ignorantiam: 2. propter repentinam administrandi necessitatem, quæ ita ingruit, ut desit spatium procurandæ contritionis. Tunc enim de duobus malis eligendum est minus; minus autem malum est ministrare Sacramentum in statu peccati quam illud non conferre illi v. gr. cujus æterna salus proxime periclitatur.

Circa hunc necessitatis casum duo veniunt notanda: 1. immunem non fore à peccato eum, qui necessitatem hanc prævidere potuisset; ut prævidere possunt, & debent, qui in amplis nosocomiis, aut in exercitiis ministrant: ii enim, si sapiunt, horum satis, singulis quasi passibus occurrere posse, qui illico absolvendi sint: unde, quam hic objicere possent, peccandi necessitas, consequens est & volita, adeoque imputabilis; 2. extra casum, seu puerili animam agentis, seu operarii decidentis è tecto, qui transeuntem Sacerdotem mire perturbant, rarum esse, ut quis ad omnem contritionis actum impotens sit; cum ad id brevissima quæque præsentis animi, & temporis mora sufficiat.

Dixi 2. *saltem ex offic.* An enim Presbyter aut Laicus, qui in casu necessitatis baptizat, sit novi peccati reus, res est inter Theologos controversa. Negare videtur S. Thomas quæst. 64. art. 6. ad 3. ubi sic habet: *In articulo tamen necessitatis non peccare Sacerdos, aut Diaconus baptizando in casu, in quo etiam Laicus posset baptizare; sic enim patet, quod non exhiberet se Ministrum Ecclesiæ, sed subveniret necessitatem patienti.* Et ita sentiunt Gonet, Juenin, & Habert, &c.

Hæc tamen opinio pluribus displicet, & merito: 1. quia esto Laicus in casu necessitatis baptizans non agat ut Ecclesiæ Minister, agit certe ut Minister Christi, ejusque personam sustinet, nec minus est Minister Sacramenti, quam Sacerdos solemniter baptizans: atqui hæc omnia videntur graviter exigere statum gratiæ, ne Sacramenta, & Christi dignitas & sanctitas graviter lædantur; 2. quia sicut necessitas non efficit, ut sancta sancta non sint, sic nec efficit, ut sancte tractari non debeat; 3. quia ut notat Gibert. *consult. 4. de Sacram. si Sacerdos missam*

ab altero inchoatam continuet, ne imperfectum remaneat Sacrificium, haud dubie peccabit lethaliter, nisi eliciat actum contritionis cum proposito quam primum confitendi: atqui is Sacerdos esset tamen solum Minister necessitatis; ergo, ait idem Canonista, obstetrix, quæ centies baptizavit in necessitate, sine ullo contritionis actu, centies peccavit; & ut mihi quidem videtur, gravius, quam Sacerdos ad baptizandum ex officio minime obligatus; quia hæc necessitatis casum prævidere debuit, non ille.

Hinc colliges primo, & Laicum, qui in casu necessitatis baptizat, & Sacerdotem, qui in eodem casu absolvit, aut Unctionem Extremam confert, teneri, si licuerit per tempus, ut plerumque licet, excitare se ad contritionem, priusquam hæc Sacramenta conferant; alias multiplicat peccata pro numero sacramentorum: quia ut singuli Baptismi, & absolutiones singulæ, totidem sunt actiones integræ, & completæ. Et vero, ait Gonet, si homo, cui proximum imminet mortis periculum, tenetur sub pœna lethalis peccati actum contritionis elicere, licet brevissimum ad id habeat tempus: cur à gravi culpa immunis sit, qui ab eliciendo contritionis actu absteineat, ob brevem quam ad id habet temporis morulam? Certe brevius temporis spatium, etsi impedit, ne quis facile conteratur, haud tamen impedit, ne conteri possit. Cavendum tamen Ministro in hoc perplexitatis casu, ne dum contritionis spiritum in se accendere molitur, infanti, vel moribundo desit.

Colliges secundo, mortaliter etiam peccare Sacerdotem, qui reus excipit confessiones, etsi animum habeat vel excitandæ in se contritionis, vel etiam sua deponendi peccata priusquam pœnitenti absolutionem impendat: quia confessionis auditio, licet non sit confectio Sacramenti, est tamen actio Sacramentalis, utpote ad conficiendum Sacramentum proxime ordinata: porro, ait idem Theologus, ut *Minister consecratus peccet mortaliter in exercitio ministerii, sufficit, quod actio, quam elicit, sit factiva sacramenti, vel sacramentalis, id est ad conficiendum sacramentum proxime ordinata, vel distributiva, aut applicativa sacramenti jam facti*, prout evincunt probationes superius allatæ. Nec nocet, quod pœnitens sic conficiendo non peccet: quia major esse debet reconciliantis sanctitas, quam reconciliandi.

Colliges tertio, eum qui mortalis noxæ sibi conscius Eucharistiam ab alio consecratam ministrat, novæ mortalis culpæ reum fieri. An autem tot admittat peccata, quot sine morali interruptione distribuit hostias, parum utile est in praxi, ut alibi advertimus; quia qui id negant cum Henno fatentur, indignam quamlibet distributionem ultra primam, esse circumstantiam notabiliter aggravantem, utpote quæ solitarie sumta ad grave peccatum sufficiat: unde cum oporteat confiteri circumstantias notabiliter aggravantes necessum est etiam juxta ipsos, ut in confessione exprimat vel numerus eorum, quibus facta est distributio, vel tempus circiter distributionis. Si tamen Sacerdos plures uni hostias simul daret, unius solum peccati reus fieret, quia una tantum esset distributio. Ceterum quia Minister sic affectus esse solet, ut omnibus quotquot accendent, sacram synaxim præbeat, hujus dispositionis, quæ sufficit ad peccatum, mentio faciendâ esset in pœnitentiæ tribunali, nisi hæc à Confessario supponeretur.

Colliges 4. graviter etiam reum videri, qui ex officio Eucharistiam extra administrationem tangit, seu immediate, puta ut ab uno vase in aliud immittat, seu mediate, ut si eam in processione circumgestet: quia, ut dicit Dionysius 1. cap. *caelestis hierarchiæ: immundis nec symbola, id est sacra signa tangere, fas est: unde qui tangunt res sacras, quasi suo officio utentes, peccant mortaliter. Secus autem esset si in aliqua necessitate aliquid sacrum contingeret, vel exequeretur in illo casu, in quo etiam Laicis liceret, sicut . . . si Corpus Christi in terram projectum colligeret*. Ita S. Thomas in 4. dist. 24. quæst. 1. art. 3. quæst. 5. ad 4. cujus doctrina postrema pars ex iis, quæ de Ministro necessitatis dicta sunt, limitanda est.

Colliges 5. & certius graviter peccare, qui in pecca-

to mortali hostiam elevat, & cum ea populum benedicit: 1. quia hæc est propria sacri officii functio, à qua quoad se suspensus est Minister gravis peccati reus; & quæ eidem sub interminatione divini judicii prohibita est ab Ecclesia, ut patet ex citatis Gregorii IX. textibus: 2. quia is populum cum hostia benedicendi actus, sine gravi indecentia exerceri nequit ab eo, qui inimicus Christi est, ejusque oculis ipso dæmone pejor. Quia tamen in eo casu non dispensat proprie Sacerdos merita, & sanguinem Christi, minus peccat, quam si Sacramentum conficeret, aut administraret.

Colliges 6. novi etiam gravisque peccati conscios esse Diaconos, & Subdiaconos, qui Ordinum suorum functiones in eodem statu exercent: 2. quia hic locum habent probationes initio adductæ, quarum nonnullæ Diaconos specialiter tangunt: 1. quia ex S. Thoma ubi statim: *Quicumque cum peccato mortali aliquod sacrum officium pertractat, non est dubium, quin indigne illud faciat; unde patet quod mortaliter peccet*: atqui ipsi etiam Subdiaconi, de quibus magis ambigitur, sacrum officium pertractant; ergo. Et certe ideo Subdiaconos in præsentem casu excusant plures à peccato gravi, quia eorum actio non est Sacramentalis: atqui hæc ratio non est solida, aut saltem non eo usque solida est, ut dubium tollat. Quia ut quis in functione ecclesiastica mortaliter peccet, sufficit, ut ea functio Ecclesiæ nomine exercentur, ut sacra; quidquid enim taliter exercetur, & grave est, & plurimum exigit reverentiæ: atqui Subdiaconorum functio Ecclesiæ nomine exercentur ut sacra; & revera talis est, cum ad Eucharistiæ confectioem proxime inserviat; ergo. Atque ita docet Nat. Alexander lib. 2. art. 2. reg. 10. Paulus à Lugduno, Navarrus, & Habert, qui ex eodem principio deducit, lethaliter peccare eos, qui Sacramentalia exercent, quales sunt benedictiones aquæ, chismatis, olei, tonsura clericalis. Censent tamen non pauci, nec laxiores, in benedictione aquæ lustralis, cinerum, Abbatis, vestium sacerdotalium, immo & consecratione templorum, censurarum infictione, ac similibus, quæ nec gratiam ex opere operato conferunt, nec sunt Sacramenti materia, nihil esse, quod peccati venialis lineam excedat: ita P. Antoine. Aliud est, inquit, de chismatis, & olei infirmorum benedictione; quia Episcopus per ordinationem suam specialiter consecratur ad utramque illam actionem; unde in utraque exhibet se ut Ministrum Christi, ejusque personam immediate sustinet: ac proinde gravem ei facit injuriam, cum actiones illas in statu peccati exercet.

Quod spectat ad Clericos minores, nihil est unde functiones suas male obeundo, lethalis culpæ arguantur; tum quia in id conspirant Theologi pene omnes; tum quia eorum munia hodie à Laicis perinde ac Clericis exercentur; tum denique quia functiones eorum nimis distant ab actione sacrificii.

Excipiendi viderentur Exorcistæ, nisi juxta præsentem Ecclesiæ disciplinam munus eorum quadantenus foret Sacerdotale. Ratio est, quia graviter dedecet, ut qui sponte diaboli mancipium est, eidem in nomine Christi, quem actus exosus est, imperare præsumat: nec dubium est, quin excipi mereatur, sicut excepti sunt à dæmone pessimo Scevæ filii, de quibus Act. 19. hinc ordinator Episcopus his Exorcistas verbis alloquitur: *Tunc recte in aliis dæmonibus imperabitis, cum prius in vobis eorum multimodam nequitiam superaveritis.* ✝

Minister dignior, seu sanctior non causat plus gratiæ 26 seu majorem gratiam ex vi sacramenti, seu ex opere operato; communis per textum in cap. Si justus 30. cap. Sic autem 32. cap. Nec fortis 33. cap. Neque in homine 36. cap. Dominus 87. cap. Christus 88. cap. Non nocet 89. caus. 1. quæst. 1. cum similibus. Potest tamen Minister dignior, seu sanctior ex opere operantis, id est opere, vel oratione sua mereri, aut impetrare suscipienti majores gratias; At hoc per accidens se habet ad Sacramentum; La-Croix loc. cit. num. 90. & alii passim.

Minister per se loquendo peccat mortaliter, si Sacramentum scienter ministret indigno; communis ex illo Matthæi 7. num. 6. ibi: *Nolite dare Sanctum canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos*. Dicitur autem notanter per se loquendo, quia interdum excusant 27 dain-

damnum ministrantis, infamiam suscipientis, aliorum scandalum, sigillum confessionis, & hujusmodi.

28 Minister ordinarie peccat mortaliter conferendo Sacramentum peccatori publico, & notorio, sive illud ei conferat privatim, sive publice; cum tali peccatori, sive publice, sive privatim petenti debeat Sacramentum denegari ratione gravis scandali populi, si non negaretur; *communis*. Si vero talis peccator esset in articulo mortis constitutus, tunc posset, immo deberet Minister ei petenti Sacramentum conferre; *communis*, quia quisque præsumitur se tunc velle disponere, & necessitas tollit scandalum, vel illud tollet Minister publicando poenitentiam occultam moribundi, quod fieri deberet, si ad ipsum publice deferenda esset Eucharistia, ut dicit Tamburin. *de Communion. cap. 6. num. 24. & alii.*

30 Minister peccat graviter, si Sacramentum ministret occulte peccatori occulto; nisi indignitas peccatoris occulti cognita esset ex sola sacramentali confessione, quia tunc ratione sigilli teneretur ipsi ministrare; *communis*.

31 Minister non peccat ministrando Sacramentum peccatori occulto publice illud petenti; tunc enim, ne notabiliter diffametur, non est ei Sacramentum denegandum; *cap. Placuit 3. caus. 6. quæst. 2. & cap. Si Sacerdos 2. de offic. Jud. ordinar. ubi Eugenius Papa id confirmat exemplo Christi non removentis à communione Judam, quem occulte noverat indignum; & sic tenent Doctores communiter.*

32 Minister nullo unquam casu, neque ob metum, seu periculum mortis sibi incussum potest licite ministrare Sacramentum incapaci, ut rite baptizatum rebaptizare, confirmatum, vel ordinatum iterato confirmare, vel ordinare, quia tunc falsificaretur forma, & mentiretur Minister dicendo: *Ego te baptizo, confirmo te, accipe potestatem &c.* Mendacium enim proprie dictum, cum sit intrinsece malum, nullo unquam casu est licitum, neque ob metum mortis; *communis*, & patet ex dictis verb. Mendacium à num. 12.

33 Potest autem Minister ob metum mortis licite ministrare Sacramentum scienter indigno, seu peccatori notorio, quia si talem administrationem excusat notabilis infamia occulti peccatoris publice petentis, uti dictum est supra num. 31. debet etiam excusare metus, seu periculum mortis, vel similis infamiae ministrantis. Suarez, Nugnus, Bonacina citati, & secuti à Gobat in *exper. tract. 1. num. 273. Sporer loc. cit. num. 188. Dicastill. disp. 3. num. 292. La-Croix loc. cit. num. 138. aliique cum Escobar l. 8. num. 357. ✠* Quod si indignus vellet sacramentaliter absolvi: numquid poterit Minister ob intentatæ mortis metum eum sacramentaliter absolvere? Puto Auctorem nostrum, negative fore responsurum. Igitur doctrina ab eo hoc numero tradita, aliquam restrictionem deponit. ✠ Dummodo tamen non petatur in odium fidei: vel in contemptum religionis; quia si Eucharistia v. gr. peteretur ab hæretico ad conculcandum, à mago ad magias, vel maleficia, & hujusmodi, tunc ne tantum vilesceret, & contemneretur fides & religio, esset eis denegandum sacramentum, etiam cum periculo mortis; *communis*.

35 Per se loquendo non est licitum petere, & recipere Sacramentum à Ministro notorie indigno, qui prævidetur, vel creditur ipsum collaturus in peccato mortali, quia sic esset cooperari ad peccatum mortale proximi, quod non licet; *communis*. Dicitur autem notanter notorie indigno, quia, si peccatum Ministri non sit publicum, & notorium, potest quis licite petere, & recipere ab eo Sacramentum, cum possit, & debeat præsumere ipsum non esse indignum, quia quilibet debet censi bonus, quamdiu non probatur malus; *communis*. Et quamvis sciret ipsum Ministrum paulo ante peccasse, potest ab eo Sacramentum recipere, præsumendo, quod si illud confessus, vel saltem se depositurus per contritionem; dummodo tamen non constet ipsum esse consuetudinarium, aut semper esse in occasione proxima peccandi, quia tunc prudenter præsumi posset status malus, adeoque, si posset facile haberi alius, ab eo esset Sacramentum petendum, & accipiendum; Herincx *disput. 3. numer. 98. Bosco disput. 1. sect. 8. numer. 60. Gobat tract. 1. numer. 265. Escobar l. 8. nu-*

mer. 313. Coninch quæst. 64. num. 49. & alii.

Ob causam necessitatis, vel utilitatis notabilis licitum est petere, & recipere Sacramentum à Ministro indigno, qui possit digne ministrare, quamvis prævideatur, & credatur indigne ministraturus, quia tunc petens, & recipiens utitur jure suo providendi suæ necessitati, vel utilitati spirituali, nec ullo modo cooperatur ad peccatum alterius, sed ob justam causam excusantem ab impedimento peccatum proximi solum permissive se habet, & aliunde Minister posset, & deberet se disponere per contritionem, faciendo quod in se est; *communis* per textum in *capit. Sciscitantibus 5. caus. 15. quæst. 8.*

A Ministro, cui ex officio incumbit Sacramenta ministrare, licitum est ea petere, & recipere etiam extracausam necessitatis solo intuitu proprii profectus; quamvis ille sit notorie indignus, & etiam excommunicatus toleratus; Mastrius *disp. 16. Theolog. moral. num. 51. Sporer loc. cit. num. 181. Reiffenstuel Theolog. moral. tract. 14. dist. 1. quæst. 4. num. 56. cum communi aliorum, & desumitur ex cit. cap. Sciscitantibus 5. caus. 15. quæst. 8. ubi dicitur, quod de manu Sacerdotis, quamdiu ab ecclesia toleratur, licite Sacramenta sumantur, & ex decreto Concilii Constantiensis in bulla Martini V. incip. Ad evitanda scandala, ubi permittitur fidelibus communicatio etiam in sacris cum omnibus excommunicatis, præter nominatim denunciatos, & notorios percussores Clericorum, adeoque &c. Accedit ratio, quia parochianus habet jus petendi, & recipiendi Sacramenta à suo Parocho, neque censetur amittere tale jus ob sui Parochi indignitatem, maxime cum ipse, si velit, ut debet, possit se prius disponere per confessionem, vel saltem per contritionem. ✠ Non videtur excusari à peccato posse homo qui à proprio Parocho iniquo Sacramenta exposcat, quoties ea ab alio Sacerdote probo exquirere possit cum eodem fructu. Charitas enim postulat, ne proximo nostro gratis præbeamus occasionem ruinæ spiritualis; at occasionem hanc gratis præbere, qui cum posset Sacramenta bene, & à bono Ministro recipere, eadem à Parocho malo petit & recipit. Is ergo graviter contra charitatem peccaret, non secus ac ille, qui peccare volenti peccandi materiam præbeat, & occasionem. ✠*

Non licet tamen petere, & recipere Sacramenta à Ministro excommunicato non tolerato, & vitando, nempe nominatim denunciato, aut notorio percussore Clerici, quia cum ipse sit simpliciter præcisus ab ecclesia, privatus est omni communicatione cum fidelibus, & consequenter omni jurisdictione, adeoque non licet ab ipso Sacramenta petere, & recipere, cum ipsa ministrare nequeat sine peccato mortali; *communis*. Excipe tamen casum extremæ necessitatis, si nempe aliquis esset moriturus sine baptismo, aut poenitentia, quia tunc licite possent talia Sacramenta peti à Ministro etiam excommunicato, degradato &c. & licite ab ipso ministrari; *communissima*: quia quod non est licitum in lege, necessitas facit licitum; *cap. Quod non est 4. de regulis juris, cap. Quoniam 13. caus. 1. quæst. 7. cap. Sicut 11. de consecrat. distinct. 1. cap. Omnes 1. de feriis, cap. Consilium 2. de observat. jejuniar. cap. Consulisti 3. de celebrat. missarum. (Vid. lit. C pag. 243. numer. 17. & lit. F pag. 79. num. 13.)*

Minister simulans, non solum formaliter, sed etiam materialiter administrationem Sacramenti ob metum gravem quemcumque etiam mortis, peccat mortaliter. Innocentius XI. die 1. Martii 1679. inter alias merito damnavit sequentem propositionem 29. in ordine: *Urgens metus gravis est causa justa Sacramentorum administrationem simulandi.* Unde si mors intentetur alicui Sacerdoti, nisi extra missam consecret totum panem, qui est in foro, aut nisi absolvat aliquem indispositum, peccat mortaliter, si formam proferat cum intentione non consecrandi, quamvis materialiter tantum simulet; Viva ad dictam propositionem damnatam Innocentii XI. à num. 14. ad 16. Cardenas in 2. crisi d. 20. à num. 37. La-Croix l. 6. part. 1. à num. 149. & alii passim dicentes, dictam propositionem damnatam comprehendere simulationem, non solum formalem, sed etiam

37

38

39

40

41

etiam materialem, & quemcumque metum gravissimum etiam mortis, & sic non amplius sunt audiendi Doctores, qui ante hac oppositum tenuerunt tamquam probabile.

42 Simulatio tamen materialis circa rem plane indifferenter se habentem ad Sacramentum, per se loquendo, si non adsit alia vitiosa circumstantia, non est illicita; quia non est simulatio administrationis Sacramenti: unde confessarius ad occultandum defectum absolutionis poenitentis indispositi potest licite post confessionem aliquam orationem recitare super ipsum, & facere signum crucis, quamvis à videntibus putetur absolvere; *communis* cum supra citatis.

43 Gravius peccat, qui simulat administrationem Sacramenti, quam qui sacrilege illud conficit, seu administrat, textu expresso *in cap. De homine 7. de celebratione missarum*, ubi refertur casus de quodam incauto Sacerdote, qui in mortali constitutus, nec potens confiteri, nec forsitan conteri, & ob urgentem necessitatem coactus celebrare, peractis ceteris cœremoniis, & omis- sis verbis consecrationis, missam celebrare simulavit, de quo Innocent. III. sic habet, ibi: »Licet is, qui pro sui criminis conscientia reputat se indignum, peccet graviter, si se ingerat irreverenter ad illud, gravius tamen videtur offendere, qui sic fraudulenter illum præsumserit simulare, cum ille in solius misericordia Dei manum incidat, iste vero (fictè celebrans) non solum Deo, cui non veretur illudere, sed populo, quem decipit, se astringat.

44 Minister in administratione Sacramentorum sequens sententiam tantum probabilem de valore, relicta tutiore, peccat mortaliter. Innocentius enim XI. *die 2. Martii 1679.* iustissime damnavit inter alia sequentem propositionem 1. in ordine: »Non est illicitum in Sacramenti conferendis sequi opinionem probabilem de valore Sacramenti, relicta tutiore, nisi id vetet lex, conventio, aut periculum gravis damni incurrendi.« Hinc sententia probabili tantum utendum non est in collatione Baptismi, Ordinis Sacerdotalis, aut Episcopalis.

45 Si non agitur de valore Sacramenti, sed tantum de modo administrandi, potest Minister sequi opinionem practice probabilioris, relicta tutiore; sic cum communi Card. *in 2. crisi dis. 2. n. 4. Gormaz d. 5. num. 801. La-Croix loc. cit. num. 121.*

46 Minister utens materia, vel forma falsa peccat mortaliter; *communissima.* Item peccat mortaliter per se loquendo, si utatur materia, vel forma dubia, quando potest haberi certa: in casu autem necessitatis, quando non potest haberi certa, potest, & debet adhibere dubiam; *communis.* Item peccat mortaliter omittendo intentionem requisitam; *communissima.*

47 Minister utens materia, vel forma falsa peccat mortaliter; *communissima.* Item peccat mortaliter per se loquendo, si utatur materia, vel forma dubia, quando potest haberi certa: in casu autem necessitatis, quando non potest haberi certa, potest, & debet adhibere dubiam; *communis.* Item peccat mortaliter omittendo intentionem requisitam; *communissima.*

48 Minister repetens absolute formam sacramentalem, vel aliquid in ea, cum dubio tantum levi vel inani timore, per se loquendo, peccat mortaliter, quia est gravis irreverentia repetere absolute formam sacramentalem cum solo dubio levi, & inani timore, qui nec sufficit pro licite repetenda tali forma sub conditione; cum enim nulla est prudens causa dubitandi de valore Sacramenti, sed oriuntur tantum leves scrupuli; ne quidem conditionate est iterandum Sacramentum, uti tenet *communis* ex Catechismo Romano cum Dicastillo *de baptis. l. 1. num. 174.*

49 Quando tamen est prudens dubium de valore Sacramenti collati, potest licite, immo debet iterari saltem sub conditione, quia tunc consulitur, & saluti proximi & reverentiæ Sacramenti per conditionem appositam; *communis* per textum *in cap. Si nulla 113. de consecr. dist. 4.* ubi Leo Papa ad rem sic expresse dicit: *Non intervenit temeritas præsumptionis, ubi est diligentia pietatis* & *cap. ult. de Presbyter. non baptizat.* ubi Innocentius III. dicit: *Non intelligitur iteratum, quod ambigitur esse factum.* (Ad rem *lex 9. & 10. t. 4. p. 1.*)

50 Minister, qui ex officio est Pastor, ut Parochus respectu secularium, & Superior respectu Religiosorum, tenetur ex justitia suis subditis etiam extra necessitatem gravem rationabiliter petentibus Sacramenta ministrare; ad hoc enim se obligavit assumendo officium pastoris, & talis videtur intercessisse contractus inter pastorem &

oves. Unde talis Minister tenetur sub mortali cum quantumque magno suo detrimento temporali, & etiam cum propriæ vitæ periculo, non solum in extrema, sed etiam in gravi necessitate spirituali alicujus sibi subjectæ ovis, ei ministrare Sacramenta; S. Thom. 2. 2. *quæst. 26. art. 5. ad 3. & quæst. 185. art. 5.* Suarez *quæst. 1. p. 1. §. Quarto dico.* Castropal. *dist. 1. punct. 9.* Granad. *dist. 4. num. 4.* Coninch. *art. 25. dist. 7. conclus. 1. & 3.* Bann. Aragon. Tapia, quos citat & sequitur Carden. *in 1. Crisi dissert. 76. cap. 2.* La-Croix *l. 2. num. 174.* & alii passim: vid. *verb. Extrema Unctio d. num. 42.* Si autem esset unicus Minister, quo sub- blato, deesset communitati Minister Sacramentorum, hic non debet singulis ministrare Sacramenta cum probabili periculo infectionis, seu mortis, sine quo periculo aliis Sacramenta ministrare posset; salus enim omnium præferri debet saluti unius particularis, & Minister obligatus ex officio communitati, tenetur se illi conservare; Barbosa *de offic. Paroch. cap. 17. num. 15.* P. Marchant *in tribunal. tom. 3. part. 1. tit. 9. tom. 2. quæst. 6. §. 2. resol. 1.* testans esse communem.

Minister, qui ex officio non est Pastor, non tenetur ex justitia ministrare Sacramenta, tenetur tamen ex charitate etiam cum vitæ suæ periculo Sacramenta necessaria ministrare in extrema necessitate spirituali alicuius. Unusquisque enim secundum ordinem charitatis tenetur etiam cum periculo vitæ corporalis succurrere proximo in extrema necessitate spirituali constituto; *communis.* Et per hoc stat differentia inter Ministrum, qui ex officio est pastor, & Ministrum, qui ex officio non est pastor; quia iste tenetur Sacramenta necessaria ministrare solum ex charitate, & in extrema necessitate spirituali proximi; ille vero tenetur ea ministrare suis ovis ex justitia, & etiam in necessitate gravi ex dictis *supra num. 50.*

Si Minister baptismi carens aqua, puerum alioquin sine baptismo moriturum in flumen, vel puteum projiciat, licet una simul proferat justam verborum formam cum intentione conferendi Sacramentum, seu vere baptizandi, nihilominus probabilius talis baptismus est invalidus. Sic cum communi Scotistarum, & Antiquiorum Richardi, Paludani, Marsilli, Sancti Antonini, Toleri, Silvestri, Armillæ & plurium aliorum Scotus *in 4. d. 4. q. 3. n. 4.* ubi expresse dicit, *quod projectus de ponte non baptizatur, quia hoc non est ad vitam ordinatum, vel lotionem, sed ad mortem. Et dist. 5. quæst. 3. num. 1.* referens sententiam Ricardi asserentis puerum sic projectum non esse baptizatum, ait: *dicitur etiam quod talis sic projectus non esset baptizatus, quia baptismus, est ablutio ordinata ad vitam abluendi, non sic autem ordinatur illa immersio.* Et in reportatis *eadem quæst. num. 2.* eandem difficultatem expendens dicit: »Sed si adultus projiciatur in flumen dicendo, baptizo te, credo quod non baptizatur, quia projiciens non habet intentionem Ecclesiæ, quia intentio Ecclesiæ est madefacere eum, quod ipso vivente possit iterum desiccare, vel esto quod baptizetur, non dubito quin projiciens peccet mortaliter.« Quibus omnibus constat Scotum, magis propendere in sententiam negantem talem baptismum esse validum, ut recte advertit Frassen *in 4. tractat. 1. artic. 1. quæst. 5. concl. 2.* Et ratio est, quia ut dicit subtilissimus noster Doctor, baptismus est ablutio ordinata ad vitam abluendi, illa autem projectio est magis submersio ad mortem, quam ablutio ad vitam; cum per se loquendo tendat ad occisionem pueri, seu adulti sic projecti; & quamvis Minister projiciens dicat se eam non intendere, tamen projectio ipsa non est moraliter, nec per intentionem disjungibilis ab occisione. Quis enim diceret se non velle occidere, sed solum abluere, & lavare hominem, quem ligatis manibus, & pedibus, & ingenti saxo ad collum alligato in puteum, flumen, aut mare projiceret? Adeoque stat clarum, quod non obstante tali præfensa intentione de non sic occidendo, adhuc dicta projectio manet vera, & directa realis occisio innocentis, quæ nec pro tali casu est permittenda, cum non sit dicendum, Christum pro materia proxima baptismi, ordinasse abluitionem occisivam hominis; sicque actionem

nem intrinsecè animam, quæ numquam sine peccato adhiberi potest, & ex natura sua est ordinata ad mortem corporalem.

56 Dato autem quod talis baptismus esset validus, ut jam tenet fere communis recentiorum opinio cum Suarez, Vasquez, Coninch, Hurtado, Valentia, Diana, Bonacina, Caspensi, Aversa, & alii passim apud Matrium *Theolog. moral. disp. 17. quæst. 2. art. 1. numer. 19.* Layman *l. 5. tract. 2. cap. 3. num. 5. de sacramento baptismi.* La-Croix *l. 6. p. 2. num. 214.* & tenet etiam Bovvin. *tit. 3. disp. 3. de Sacram. quæst. 2. concl. 4.* Felix Potestas *tit. 1. p. 4. num. 2977.* & alii volentes, quod talis projectio sit vere & proprie ablutio ad validum baptismum sufficiens, si ante mortem pueri proferatur integra forma, quia licet in tali casu sequatur submersio, & mors infantis, nihilominus puer potest dici vere ablutus, & baptizatus, quia asset vera immersio conjuncta cum forma, & baptismus non ordinatur ad vitam corporis, sed animæ, ac vita corporis cedere debet vitæ animæ. Adhuc tamen numquam esset sic conferendus, quia talis projectio esset illicita, iniqua, ac mortifera, ut passim concedunt etiam adversarii ipsi, & expresse docent Scotistæ omnes post Scotum *in 4. cit. disp. 5. quæst. 3.* ubi sic ait: „Dico quod quando præsumitur mors, nullo modo debet aliquis eum propellere, & projicere, quia peccabit mortaliter occidendo, & quilibet tenetur magis vitare peccatum mortale in seipso, quam quærere salutem proximi, quia ordinata charitas magis est ad seipsum.“ Et in Reportatis loco *supracitato* expresse concludit: *Vel esto quod baptizetur, non dubito quin projiciens non peccet mortaliter.* Nec valet quod dicunt aliqui pauci ex adversariis, quod talis baptismus nedum esset validus, sed etiam licitus, quia vita animæ est præferenda vitæ corporis. Non valet, inquam, quia vita animæ est quidem præferenda vitæ corporis, sed solum quantum fieri potest per media licita, non autem per media illicita, ut esset in nostro casu. Non sunt enim facienda mala, ut eveniant bona. *Ad Romanos c. 3. n. 8. cap. Super eo 4. de usuris; cap. Ex tuarum 2. de sortilegiis, c. Non est putanda 17. caus. 1. q. 1. cum similibus.* Tum quia ut rectis sime dicit Scotus supra allatus: „Quilibet tenetur magis vitare peccatum mortale in seipso, quam quærere salutem proximi, quia ordinata charitas magis est ad seipsum.“

que in pristinum restituuntur: idem *ib. §. 11.* Adjecta 8 lege conservandi missiones sibi adjudicatas, easque non deferendi: idem *ib. §. 15.* Iisque permittitur prædicare 9 in regnis Ciampæ & Cambodiæ, non tamen aliis exclusis. Idem *ib. §. 10.*

Franciscani Missionarii in Ægypto laborantes laudantur à laudato Pontifice tom. 1. constit. 129. *incip.* Eo quamvis tempore §. 2. Franciscani instituti spiritus, quo ad jurisdictionem Parochorum è documentis S. P. Francisci, & S. Bonaventuræ demonstratur: idem *ibid. §. 15.* ubi adductis testamentis dicti S. P. Francisci, & S. Bonaventuræ in tractatu: „Quare Fratres Minores prædicent, subjungit, licere tantum Fratribus Ordinis Minorum S. Francisci Custodiæ Terræ Sanctæ Parochialia munia obire circa Græcos Melchitas, eisque Sacramenta administrare in iis locorum & temporum circumstantiis, quibus omnino deficiat modus habendi Parochum, aut alium Antistitem Græci ritus.“ *

** Advertendum, quod nos Fratres Minores (quid quid scriserit aliquis in contrarium) possumus, ac debemus addere in *Confiteor* nomen nostri Sancti Patriarchæ Francisci, dicendo, *Sanctis Apostolis Petro & Paulo, Beato Patri nostro Francisco &c.* & ita dicendo *Sanctos Apostolos Petrum & Paulum, Beatum Patrem nostrum Franciscum &c.* Cui non obstat decretum Sac. Congreg. diei 20. Martii 1706. loquendo ipsum de iis, qui illud non recitant ex speciali privilegio, *Regulares absque speciali privilegio &c.* quo nos gaudemus ex ritu tradito à S. Bonaventura anno 1260. relato *in Orbe Seraphico tom. 3. num. 30.* à quo recedere non possumus ex sancitis à Julio II. & Clemente X. citat. in Rubricis nostri novissimi Franciscani Breviarii n. 129. ibi: „Quoad cæremonias vero, & alia ad recte & sancte reddendum Domino sacrificium laudis, quoquomodo necessaria, & opportuna, observanda sunt documenta à S. Bonaventura edita, necnon ordinationes Capitulum Generalium, Apostolica auctoritate confirmata: ac proinde Rituale, constitutiones, & doctrinæ in firmamento trium Ordinum contentæ ibidem à san. mem. Julio II. & tandem à fel. record. Clemente X. in Brevi, *Ex commissi Nobis* 28. Augusti 1661. cum aliis recentioribus, approbatæ, & sub nonnullis pœnis, pro tunc, & nunc observari mandata:“: Ac ideo in Missalibus, & Breviariis Franciscanis *in Confiteor* recte appositum est post nomina SS. Apostolorum Petri & Pauli, nomen S. Patris nostri Francisci. Et insuper ad id habemus personalem confirmationem Innocentii XIII. qui assistendo nostro Capitulo Generali Romæ celebrato 15. Maji 1723. non solum id approbavit in publica Confessione omnium Vocalium, sed & sibimetipsi complacuit repetere, dicendo, *Precibus, & meritis B. Mariæ &c. Beatorum Apostolorum Petri & Pauli, & B. Patris vestri Francisci &c.* uti apparet ex supra laudato Capitulo Generali edito Romæ anno 1730. Et ad id accedit totius Religionis universalis, ac inveterata consuetudo, quæ quasi altera lex parem obligandi obtinet potestatem, *cap. Consuetudo 5. dist. 1. l. De quibus 31. ff. de Legib. l. Diuturna consuetudo 33. & l. Sed & ea 35. ff. eod.* Consuetudo namque est optima Legum interpret; *l. Si de interpretatione 37. ff. de legib. cap. Cum Dilectus 8. de consuetudine,* cum similibus. (*Verb. Consuetudo, & Lex*) Et hæc sententia expresse traditur *sub num. 168.* in cæremoniali Mediolani impresso anno 1774. ab eruditissimis Patribus Reformatis illius Provinciæ collecto ex cæremonialibus Romanis, & Franciscanis. **

Addenda sunt sequentia decreta.

Decretum, quo disposita, atque sancita à P. Vice-Commissario Generali Ordinis Min. Observ. Reformat. S. Francisci pro Conventibus Recessus, seu Recollectionis nuncupatis, confirmatur.

„Sacra Congr. super disciplina Regulari expenso tenore epistolæ circularis Vice-Commissarii Generalis Min. Observantium Reformat. S. Francisci, datæ die 9. Jan. 1707. in qua sub num. 7. ubi de Conventibus Recessus, seu Recollectionis agitur, hæc habentur: *E in detto Convento, ó Conventi ne' quali dovera attendersi*

L

14 ab

MINOR, MINORENNIS.

Vide *verb. Ætas. Beneficia. Contactus. Emtio. Venditio. Filius. Restitutio in integrum.*

MINORITÆ.

1 * MINORITÆ fratres custodiæ terræ sanctæ soli exercere possunt munia parochialia in Græcos Melchitas Patriarchatus Antiocheni, absente Parocho Græco. *Benedict. XIV. tom. 1. constit. 86. incip. Demandatam §. 13.*

2 Eorum Guardianus S. Sepulcri, seu terræ sanctæ potest conferre Sacramentum Confirmationis absentibus Episcopis Latini ritus, cum oleo, & chrismate à Catholico Antistite benedictis etiam antiquis, si nova haberi non possunt. Idem *constit. 10. incip.* Cum ad infrascriptam.

3 Ab eodem potest sub conditione conferri Græcis Melchitis à simplici Sacerdote confirmatis absente Episcopo Græco Catholico. Idem *const. 87. incip. Demandatam §. 14.* Ubi vero si Episcopus Catholicus residens, hujusmodi Sacramentum non conferat, nisi de ejusdem Episcopi consensu; eo autem dissentiente, absteineat. *Idem ibidem.*

5 Franciscani Observantes Missionarii quibusdam Ecclesiis, & Missionibus Cochinchinæ discedere jubentur decreto Visitoris Apostolici. Idem *constit. 3. incip.*

6 Quapropter §. 7. iidem appellant ad S. Sedem: idem *ib. §. 9.* Et decreta prius confirmata revocantur, ipsa-

„al solo spirito di divozione, ed oratione non vi potrà
 „essere studio, ne Lettori, o altro Religioso esente da
 „qualunque atto comune. Et mature perpensis omnibus
 „& singulis deductis tam à dicto Vice-Commissario Ge-
 „nerali Strictioris observantiae S. Francisci ex una, quam
 „à Patribus habitantibus in Conventibus Recessus Pro-
 „vinciarum Reformatarum Marchiae, & Bononiae Par-
 „tibus ex altera, pro stabilitate Conventuum Recessus,
 „sive Recollectionis cum Peculiaribus legibus rescriptis
 „executioni mandetur in omnibus provinciis praedicta
 „epistola circularis Vice-Commissarii Generalis sub die
 „non. Jan. 1707. Et tam Superiores Generales, quam
 „Provinciales omnino provideant conventui Recollectio-
 „nis Sacra Congregat. providebit.“ = Dat. Romae hac
 die 24. Martii 1708. = J. R. Card. Imperialis Prae-
 fectus.

15 Decretum de instituendis in unaquaque provincia
 strictioris Observantiae S. Francisci conventibus spiritua-
 lis recessus pro Religiosis ferventibus ad praescriptum epis-
 tolae circularis P. à Monte Bufo Vice-Commissarii, alias
 à Sacra Congregatione confirmatae.

„Cum ad aures Sacrae Congreg. super disciplina regu-
 „lari pervenerit, & multiplici fide dignorum testimonio
 „fuerit comprobatum, in multis provinciis strictioris Obser-
 „vantiae S. Francisci per Italiam, & Insulas adjacentes epis-
 „tolam circularem Vice-Commissarii Generalis à Monte
 „Bufo datam 9. Jan. 1704. & ab hac Sacra Congrega-
 „tione confirmatam 9. Januarii 1708. plenum non sortiri
 „effectum quoad demandatos spiritualis recessus Conventu-
 „tus: Volens propterea Sacra Congreg. ne talis inobser-
 „vantia in regularis disciplinae detrimentum diutius pro-
 „trahatur, opportune, & efficaciter providere, re ma-
 „ture discussa, auditisque pluries, tum voce, tum scri-
 „pto Superioribus Ordinis referente Eminentissimo Fa-
 „brono rescripsit: Pro omnimoda observantia praefatae
 „epistolae circularis Vice-Commissarii Generalis à Monte
 „Bufo, confirmatae, ut supra, à Sacra Congreg., de ins-
 „tituendis in unaquaque provincia supradictis conventi-
 „bus spiritualis recessus pro Religiosis ferventioribus,
 „& non concedatur licentia admitendi ad habitum, &
 „professionem, nisi in provinciis, in quibus Sacrae Con-
 „greg. constiterit, praefatos conventus re ipsa institutos
 „esse, ac sedulo, & cum effectu à Superioribus Gene-
 „ralibus detur notula, ubi sint respective instituti dicti
 „conventus.“ = Romae 10 Decembris 1714. = J. R.
 Card. Imperialis Praefectus.

Decretum consimile praecedenti pro Minoribus obser-
 vantibus S. Francisci.

„Cum ad aures Sacrae Congregationis super discipli-
 „na regulari pervenerit, & multiplici fide dignorum
 „testimonio fuerit comprobatum in multis provinciis Mi-
 „norum de Observantia S. Francisci per Italiam, & In-
 „sulas adjacentes Breve san. mem. Innocentii XI. quod
 „incip. Militantis Ecclesiae &c. editum die 22. Novem-
 „bris 1679. plenum non sortiri effectum, quoad deman-
 „datos Recollectionum conventus: Volens propterea ea-
 „dem Sacra Congreg., ne tali observantia in regularis
 „disciplinae detrimentum diu protrahatur, opportune, &
 „efficaciter providere, re mature discussa, auditisque
 „pluries, tum voce, tum scriptis superioribus Ordinis
 „referente Eminentissimo Fabrono, censuit, supersede-
 „ri pro nunc in expeditione novi brevis, sed omnino
 „servandam esse dispositionem Brevis san. mem. Inno-
 „centii XI. 22. Novembris 1679. de non concedenda
 „licentia admittendi ad habitum, & ad professionem
 „in illis provinciis, in quibus plene non constiterit Sa-
 „crae Congreg. supradictos Recollectionum Conventus
 „institutos fuisse juxta formam in eodem Brevis praescri-
 „tam. Et interim detur à Superioribus Generalibus nota,
 „ubi respective sunt Recollectionum Conventus.“ =
 Romae 10. Decembris 1714. = J. R. Card. Imperialis.

MIRACULUM.

SUMMARIUM.

- 1 *MIRACULUM unde dictum & quid sit: quae requi-
 runtur ad verum miraculum: genus quotuplex:
 quid sit gratia: quae nomina miraculo aptantur, &
 eorum distinctio, ad num. 22.*
- 23 *Ampliatur eadem distinctio: quomodo effectus mi-
 raculi ponitur: variae opiniones circa discrimina,
 vel distinctiones notatas: à quo possunt fieri mira-
 cula, ad num. 35.*
- 36 *Anti-Christus an ea efficiet, quae nomina ei conve-
 niant; cui competat examinandi, & recognoscendi
 miracula potestas: quomodo examen est facien-
 dum: qui ad idem sunt adhibendi, ad num. 40.*
- 41 *Quae licentia est intercedenda in miraculorum im-
 pressionem: quae ut publicentur, & poenae in con-
 trarium facientibus decreta: quando miracula fie-
 ri dicuntur quomodo se gerere debeat Episcopus:
 refertur denique celeberrimum miraculum, ad nu-
 mer. 44.*
- 45 *Recensentur alia, remissive.*

MIRACULUM dicitur mirum factum, vel quasi admira-
 tione plenum. Barbosa de offic. & potestat. Episcoporum.
 part. 3. allegat. 99. num. 7., & alii passim. Miraculum,
 prout usurpatur in causis Beatificationum, & Canoniza-
 tionum, describitur à S. Augustino l. de util. cred.
 cap. 16., ibi: „Miraculum voco, quidquid arduum, &
 „insolitum supra spem, aut facultatem mirantis appa-
 „ret,“ & à S. Thoma part. 1. quest. 110. art. 4. &
 quest. 114. art. 4. Miraculum proprie, & strictè sum-
 tum definitur, quod sit id quod fit praeter ordinem to-
 tius naturae creatae, & sic Doctores passim.

Ad verum, & proprie dictum miraculum quatuor
 principaliter requiruntur. Glossa communiter recepta in
 cap. Gloriosus Deus, unic. de reliquiis, & veneratione
 Sanctorum, verb. Sedis Apostolicae. Primo igitur requi-
 ritur, quod miraculum fiat supra naturam, id est praeter
 ordinem totius naturae; sicut de virga Moysis mutata
 in colubrum, & de Asina loquente ad Balaam, ex cap.
 Cum ex inuncto 12. de Haereticis. Illud enim, quod
 per causas naturales fieri potest, non est miraculum. Se-
 cundo, quod appareat illud ex Deo, non ex arte contin-
 gere, neque ex diabolo, quia mirabilia, quae arte appli-
 cando activa passivis contingunt, seu ope daemone virtute
 sua naturali agentis efficiuntur, quamvis facultatem,
 & captum humanum excedant, indeque admiratio-
 nem in intellectu humano causent, non sunt tamen ve-
 re, & proprie miracula, licet in sensu largo talia dicantur,
 in cap. Teneamus 56. caus. 1. Exod. 7. Actor. 9. &
 alibi: Solus enim Deum proprie, ac physice potest fa-
 cere miraculum; Hinc Psalm. 71. dicitur. Qui facit
 mirabilia solus, & Psalm. 83. Tu faciens mirabilia,
 tu es Deus solus. Tertio, quod fiat non vi verborum,
 sed hominis merito id contingat. Unde transubstantiatio
 panis in Corpus Christi per Sacerdotem vi consecrationis
 causata non est miraculum, prout requiritur ad Beatifi-
 cationem, vel Canonizationem. Quarto, quod fiat vel in
 confirmationem Fidei, vel in testimonium Sanctitatis ali-
 cujus, in quo Deus se vult mirabilem ostendere, ejus vir-
 tutes in aliorum exemplum miraculis illustrando, unde dic-
 to fine, ob quem Deus patrare solet miracula, constat ex
 Marc. ultimo, ibi: Illi autem profecti praedicaverunt ubi-
 que, Domino cooperante, & sermonem confirmante sequen-
 tibus signis. Et Hebr. 2. ibi: Contestante Deo signis, &
 portentis. Et de secundo dicto fine constat ex Ps. 61. n. 36.
 ibi: Mirabilis Deus in sanctis suis. Et de S. Thoma de
 Villanova in 3. Lect. Officii, ibi: Deus sanctitatem ser-
 vi sui testatam voluit, praesertim cum horreum frumen-
 to pauperibus distributo penitus vacuum repente ple-
 num inventum est. (Eadem causae seu quatuor requi-
 sita in leg. 68. tit. 4. part. 1. includuntur)

His quatuor enumeratis ad verum, & proprium mi-
 ra-

raculum requisitis, quintum solet addi, nempe quod fiat præter consuetum & ordinarium modum causandi. Unde quia creatio animæ, conservatio universi, & hujusmodi non fiunt præter consuetum, & ordinarium modum causandi, quamvis à solo Deo fieri, possint, non sunt ad propositum vere, & proprie miracula. Barbosa *de offic. & potestat. Episcoporum. allegat.* 97. num. 8. Reiffenstuel *l. 3. Decretal. titul. 25. numer. 39.* & alii.

9 Miraculorum triplex est genus, seu ordo, vel gradus sicuti tripliciter potest opus aliquod facultatem naturæ excedere. Primo scilicet quoad substantiam facti, sed quoad id quod fit, quando nempe substantia rei factæ est supra vires naturæ: Quod constituit speciem miraculorum primi generis, seu ordinis, vel gradus; uti est illud, quod duæ naturæ uniantur, & subsistant in una persona, sicuti factum est in Incarnatione, de quo dixit S. Augustinus *tract. 17. in Joannem: Magnus miraculum est, quod Deus factus est homo, quam miracula omnia, quæ Deus fecit inter homines.* Ad hoc primum genus, seu ordinem, vel gradum spectat foecunditas, & partus virgineus B. M. V. Si idem corpus sit simul cum alio in eodem loco, ut de Christo Domino, qui intravit ad Discipulos januis clausis: Si corpus humanum glorificetur, si unum corpus simul sit in duobus, vel pluribus locis, si sol stet, aut retrocedat, prout contigit ad preces Josue, & Ezechiae Regis, & hujusmodi.

10 Secundo, quoad subjectum, seu quoad id in quo fit, quando nempe aliquid est supra vires naturæ, quod subjectum ejus in quo fit, idest quando aliquid fit, quod natura ipsa quoque facere potest, sed non illo subjecto, in quo tunc fit; Quod constituit speciem miraculorum secundi generis, seu ordinis, vel gradus, uti est resuscitatio mortuorum, illuminatio cæcorum, hujusmodi: potest enim natura causare vitam, sed non in mortuo, potest præstare visum, sed non cæco. Ad hoc secundum genus, seu ordinem, vel gradum spectant sanationes Paralyticorum, quos Christus sanavit, & sanationes aridorum, claudorum, mutorum, vel alio simili morbo laborantium, quorum sanationes omnem medicorum artem, & medicinæ virtutem superent, & soli divinæ virtuti reserventur.

11 Tertio, quoad modum faciendi, quando nempe aliquid est supra vires naturæ quoad modum faciendi, idest quando tale quid fit, quod etiam natura ipsa facere potest, sed non illo modo. Quod constituit speciem miraculorum tertii generis, seu ordinis, vel gradus; ubi est, cum quis subito, ac instantanee divina virtute sanatur à febre, nullis adhibitis medicamentis, nulla eveniente crisi; Aut cum aer statim divinitus condensatur in pluvias absque causis naturalibus, ut legitur factum ad preces Samuelis, & Eliæ Prophetæ, & Sanctæ Scholasticæ Sororis D. Benedicti, & aliorum, & hujusmodi; Potest enim natura causare salutem in infirmo, condensationem aeris in pluvias, sed non tali modo, scilicet in instanti, & sine medicamentis, & sine consensu aliarum causarum naturalium. Ad hoc tertium genus, seu ordinem vel gradum spectant sanatio instantanea à febre socrus Simonis facta à Christo Domino, *Luce 4.* sanationes instantaneæ ab hydrope, ab hernia, & ab aliis hujusmodi morbis illico factæ simul cum integra recuperatione virium ad invocationem alicujus Servi Dei, seu Sancti, quia cum per naturam nequeant illico, & simul cum recessu morbi vires totaliter recuperari, ideo quoties morbus hoc modo recedit, & vires simul totaliter recuperantur, non per naturam, vel artem, sed per miraculum accidisse censentur.

12 Miracula primi generis, seu ordinis, vel gradus non est necesse, ut habeantur pro veris miraculis, quod fiant in instanti; quia talia miracula, sive fiant in instanti, sive progressu temporis, semper verificatur, quod à solo Deo procedant, cum totaliter superent vires, & facultatem naturæ, à qua nec in instanti, nec successive provenire possunt. Pignatell. *tom. 4. consult. 54. num. 6.* Lauræa *in tom. 3. disput. 20. art. 20. num. 865.* & alii passim.

13 Miracula secundi generis, seu ordinis, vel gradus

non est necesse, quod fiant in instanti, & patet exemplis relatis in Sacra Scriptura; De filio enim viduæ à morte excitato ab Elia *3. Reg. cap. 17.* habetur: „Qui expandit se atque mensus est super puerum tribus vicibus, reversa est anima pueri intra eum, & revixit.“ Et de filio Sunamitidis suscitato à mortuis ab Elisæo *4. Reg. cap. 4.* non statim, sed paulatim, ibi: „Nam Elisæus ingressus domum ascendit, & incubuit super puerum, posuit os suum super os ejus, & oculos suos super oculos ejus, & manus super manus ejus, & incurvavit se super eum, & calefacta est caro pueri, & ille reversus deambulavit in domo semel huc atque illuc, & ascendit, & incubuit super eum, & oscitavit puer septies, aperuitque oculos.“ Et de cæco illuminato à Christo Domino *Joann. 9.* ibi: „Fecit lutum ex sputo, & linivit super oculos ejus, & dixit ei, „Vade, lava in Natatoria Siloe . . . abiit ergo, & venit videns.“ Quæ miracula ex dictis *supra num. 10.* sunt secundi generis, & tamen, ut patet ex textu, non sunt facta in instanti.

Miracula tertii generis, seu ordinis, vel gradus necesse est, quod fiant in instanti, itaut infirmus sanetur, & vires recuperet statim ac Sanctus est invocatus, alias si ita non evenirent, sed progressu temporis, dubitari ac suspicari cum fundamento posset, quod non à Deo supernaturali concursu supra vires naturæ morbus fuerit expulsus, sed ex generali concursu cum natura operante id acciderit; Quoties autem dubium est, seu suspicio, quod sanatio potuerit procedere à natura, Ecclesia in causis Beatificationis, & Canonizationis non approbat pro miraculo, sed solum pro gratia, *argum. cap. In obscuris 30. de Regul. Juris in 6.* ibi: *In obscuris minimum est sequendum.*

Unde miraculum, ut notant Diana *Coordinat. tom. 8. tractat. & resolut. 1.* & alii, per hoc differt à gratia, quod miraculum fit in instanti, & gratia successive. Quamvis tamen miraculum differat à gratia per hoc etiam, quod miraculum à solo Deo procedat, quin physice ad eum concurrat causa secunda: gratia vero procedat quidem à Deo per intercessionem alicujus invocati Servi Dei, vel Sancti, sed etiam concurrente alia secunda causa, uti patet, cum pro obtinenda sanitate infirmus invocat aliquem Sanctum, & interim medicamenta adhibet, & citius, seu in minori tempore, quam si Sanctus fuisset invocatus, sanitatem, & vires successive recuperat: Tunc enim dicitur non miraculum, sed gratia.

Hinc gratia describi potest, quod sit „beneficium procedens ex speciali Dei benevolentia etiam in linea naturali, à Deo, concurrente simul physice causa secunda, successive factum petenti, sed citius, quam nisi, vel ipse Deus, vel Dei servus non fuisset invocatus.“ *Matthæucci in practica theologico canonica titul. 3. cap. 1. num. 67.* Quando autem est dubium, an sanitas recuperata sit per miraculum, vel per gratiam, concludendum est esse recuperatam per gratiam, per citatam *regulam 30. Juris in 6.* uti recte *Matthæucci loc. cit. num. 68.* & alii.

Miracula in Sacra Scriptura appellantur interdum *Signa*, ut *Deut. 6.* ibi: *Deus fecit signa.* *Marc. 16.* ibi: „Domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis. *Joan. 2.* ibi: Hoc fecit initium signorum in Cana Galilææ convertens aquam in vinum, „& ibidem *cap. 4.* Hoc iterum secundum signum fecit „Jesus, cum venisset à Galilæa in Judæam sanans filium Reguli, & *Act. 8.*“ Signa vocantur sanationes paralyticorum, claudorum, & energumenorum liberationes. Interdum vocantur *prodigia*, ut *Deuteronom. 6.* ibi: *Deus fecit signa, atque prodigia magna.* *Ps. 45.* ibi: *Quæ posuit prodigia super terram.* *Joel. 2.* ibi: *Dabo prodigia in cælo, & in terra;* *2. Machabæor. 15.* ibi: *Prodigia facientem Dominum invocavit.* *Joan. 4.* ibi: *Nisi signa, & prodigia videritis.* *Act. 5.* ibi: *Fiebant signa, & prodigia multa, & sæpe alibi.* Interdum appellantur *portenta*, ut *Deuteronom. 4.* ibi: *Signa atque portenta, & ibidem cap. 7.* *Signa, atque portenta;* *Josue 24.* ibi: *Multis signis, atque portentis.* *Paralipom. 2. cap. 32.* ibi: *Ut interrogarent de*

- portento, quod acciderat. Isaiaë 8. ibi: *In signum, & in portentum.* Ezechiel. 22. ibi: *Quia portentum dedit te Domui Israel.* Marc. 13. ibi: *Dabunt signa, & portenta.* Ad Hebræos 2. ibi: *Contestante Deo signis, & portentis,* & sæpe alibi. Hæc autem vox *miraculum*, quamvis pluries habeatur in Veteri Testamento, nunquam tamen reperitur in Testamento novo.
- 22 Miracula, prodigia, & portenta conveniunt omnia in ratione signorum, quia omnia præter speciem sui, quam ingerunt sensibus viventium, quid aliud significant. Attamen licet omnia sint miracula, utpote ardua, & insolita, & supra vires naturæ creatæ, quædam tamen magis proprie appellantur *signa*, quatenus non actu rem signatam ponunt, sed consummantur in præsignatione *rei futuræ*, ut erunt signa in sole, & luna, & stellis, *Lucæ 21.* quæ præsignabunt Judicium universale proxime futurum. Vel *rei præsentis*, ut signa prodigiosa censentur illa, quæ, dum Sancti martyrio afficiuntur, non semel solent evenire, quod nempe feræ mansuescant, terræmotus accidant, statuæ inanum deorum corruant, magna tempestas oriatur, radii, & splendores supra caput, & circa corpus martyris appareant, concentus Angelorum audiantur, faces accensæ videantur, & hujusmodi, quæ omnia tamquam signa à Deo dantur ad indicandum, quod mors patientis sit ipsi accepta, & quod injuste, & inique Judex, & Tyranni operentur, quin effectus alius ponatur à parte rei.
- 24 Miracula autem semper effectum suum ponunt in actu; Si enim loquamur de miraculis primi generis, ut est Incarnatio Verbi, ponit actu à parte rei Verbum incarnatum: Si loquamur de miraculis secundi generis, ut est resuscitatio mortui, ponit actu à parte rei mortuum resuscitatum: Si loquamur de miraculis tertii generis, ut est sanatio instantanea à febre, ponit actu à parte rei sanitatem. Sic recte Matthæucci *loc. cit. cap. 1. num. 30. & 31. & alii.*
- 25 Prodigia, & portenta volunt nonnulli, quod differant à miraculis ex parte effectus, & modi significandi, quatenus illi terrorem, vel nocumentum aliis inferant, & prænuntient; miracula vero commodum, & gaudium; sicuti resuscitatio à morte, sanatio miraculosa à morbo est miraculum afferens commodum, & lætitiā; Alii tamen tenent, quod miracula, quæ propter eorum excellentiam majori admiratione, & stupore sunt plena, prodigia, & portenta appellantur: Quæ admirationem inferunt, sed non tantam, minora, & pura miracula dicantur. Sic Matthæucci *loc. cit. n. 21. & alii.* Pignatellus autem *tom. 4. consult. 58. num. 1.* observans, quod ex D. Thoma 2. 2. *quest. 178. art. 1. ad*
- 27 3. duo possunt attendi in miraculis, quatenus excedunt vires totius naturæ creatæ, scilicet id, quod fit excedens facultatem dictæ naturæ, quo inspecto, inquit, miracula dicuntur *Virtutes*, & id, propter quod ea fiunt, scilicet ad manifestandum aliquid supernaturale, cujus gratia, dicit, miracula nuncupantur *Signa.* Unde infert cum Angel. Rocc. *de canonizatione Sanctior. cap. 22.* miracula, quatenus aliquid præostendunt *ostenta*, seu *portenta* vocari, quatenus vero futura prædicunt appellari prodigia.
- 28 Solus Deus proprie, ac physice potest facere vera, & proprie dicta miracula; *Communis.* Et ratio est, quia, si aliqua Creatura, *v. gr.* Angeli, Sancti, ac dæmones possent proprie, & physice facere vera, & proprie dicta miracula, jam miracula non essent supra naturam, nec præter ordinem totius naturæ creatæ, prout requiritur ad rationem proprie, & strictè dicti miraculi, ut patet ex ejus definitione tradita ex D. Thoma *supra sub num. 2.* Unde dicitur *Ps. 71. Qui facis mirabilia solus.*
- 29 Possunt tamen Sancti, & Servi Dei facere, & revera ab eis plura sunt facta, & in dies fiunt miracula *moraliter*, quatenus nempe Deus ad preces ipsorum, vel intuitu Fidei, atque meriti eorum, aut in confirmationem Sanctitatis eorundem miracula patrat, seu patrat, quæ alias non esset patraturus. Unde *Ps. 67.* dicitur: *Mirabilis Deus in Sanctis suis; communis.*
- 30 Miracula in confirmationem fidei possunt moraliter fieri, etiam à peccatoribus veram fidem habentibus,

eamque prædicantibus; ac nomen Dei invocantibus; colligitur aperte ex 1. *ad Corinth. 13.* ibi: *Si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum;* ubi, ut vides, à parte supponit posse homines fide vera instructos, licet charitate destitutos, montes ipsos alio transvehere. Et de facto patet in Juda proditore, qui in testimonium fidei, æque ac alii Apostoli, patrat miracula. *Marc. 3.* ut rectè observat Reiffenstuel *lib. 3. decr. tit. 45. num. 39.* & tenent passim Doctores.

Nequeunt tamen à peccatoribus fieri neque moraliter miracula in testimonium Sanctitatis, aut insignium meritorum apud Deum, qui est alter finis, ob quem miracula fiunt; miracula enim ob talem finem non possunt fieri, nisi ab illis, qui apud Deum specialibus meritis Sanctitatis refulgent; *Communis.*

Hæretici autem nequeunt facere miracula, neque in confirmationem fidei, neque in testimonium Sanctitatis aut insignium meritorum apud Deum; Ipsi enim carent fide supernaturali, quæ necessaria est ad facienda miracula, juxta illud *Matth. 17.* ibi: *Si habueritis fidem &c. & dicetis monti huic; transi hinc illuc, & transibit, & nihil impossibile erit vobis;* nec habent sanctitatem, cum sint membra præcisa ab Ecclesiæ sanctitate, adeoque nullimode possunt facere vera miracula; Pignatell. *tom. 4. consult. 67. num. 43.* Mattheucc. *l. c. tit. 6. cap. 3. num. 15. & sequent.* Lauræa *loc. cit. num. 804.* & alii passim, & expresse habetur ex Concilio Constantinopolit. III. *art. 15.*

Angeli boni possunt moraliter facere miracula, sive quia ex voto, & desiderio eorum Deus mira præstet; sive quia ministerium ei exhibeant, ut ea mira præstet; S. Thomas *part. 1. quest. 110. art. 4.* Pignatell. *loc. cit. num. 35.* & alii passim.

Angeli mali, seu dæmones nequeunt ullo modo facere vera miracula. *Communis.* Nec obstat, quod *cap. 56. caus. 1. quest. 1.* sicut *Exodi cap. 7.* habeatur, magos Pharaonis fecisse miracula, & eodem *cap. Teneamus, & Actor. 9.* dicatur Simonem Magum patrasse miracula. Non obstat, inquam, quia, ut dicunt S. Augustinus *lib. 20. de civitate Dei, & lib. 3. de Trinit.* S. Thomas *part. 1. quest. 110. art. 4. ad 2. & quest. 114. art. 4.* & alii passim. Mira illa per magos Pharaonis, & per Simonem Magum, sicut, & alia per alios magos, & malos homines ope dæmonis facta, seu exhibita, non fuerunt vera miracula, sed tantum apparentia, & præstigia quædam sensus, & imaginationem illudentia: Vide etiam dicta ad rem *supra n. 5.*

Sic etiam virtutes, signa, & prodigia Antichristi erunt spuria, & mendacia, quia ipse, ut interpretatur S. Augustinus *lib. 20. de civitate Dei,* & alii passim decipit sensus per illusiones, & phantasmata, & efficere videbitur, quod re ipsa non efficiet.

Potestas examinandi, & recognoscendi miracula competit non solum Summo Pontifici, sed etiam Episcopis; habetur clare ex Concilio Tridentino *sess. 25. de invocatione Sanctorum:* ubi dicitur: *Nulla etiam admittenda esse miracula, nec novas reliquias recipiendas nisi eodem recognoscente, & approbante Episcopo;* qui textus non tantum procedit de miraculis jam *Canonizatorum;* sed etiam non *Canonizatorum,* ita ut Episcopus etiam istorum miracula recognoscere possit, prout Sacra Congregatio ejusdem Concilii interpres declaravit, teste Fagnan. *in cap. Cum ex eo 2. de reliquiis & venerat. Sanctorum num. 7.* & Barbosa *de offic. & potest. Episcoporum. part. 3. allegat. 97. num. 3.* ubi dicit sic fuisse sibi responsum à dicta Sacra Congregatione, & originalem responsionem apud se servare. Debet tamen Episcopus, si examinet miracula nondum *Canonizatorum,* aut *Beatificatorum,* antequam ea divulgari permittat, totum negotium ad Sanctam Sedem transmittere, indeque responsum expectare juxta constitutionem 37. Urbani VIII. *incip. Sanctissimum.* Fagnan. *loc. cit. num. 10.* Reiffenstuel *lib. 3. decr. tit. 45. num. 45. in fin.* (Vid. verb. Papa, pag. 24. col. 2. in add. nov.)

Examen miraculorum debet esse exactissimum, & rigidissimum, præsertim quoad testes, ita ut regula-

riter non nisi per testes idoneos juratos, qui non sint singulares, & qui deponant ex scientia per sensus proprios, & singillatim examinentur, miraculum probari valeat, prout pluribus demonstrant Auctores *arg. cap. Venerabili, de testibus, & cap. Testes caus. 3. quæst.*

40 9. Unde Episcopus ad examen miraculorum debet adhibere in consilium etiam Theologos, & alios Viros probos, ut expresse præscribitur in Concilio Tridentino *loc. cit. ibi: Adhibitis in consilium Theologis, & aliis piis Viris.* * De hoc argumento fuse admodum ac docte, agit Episcopus Novariensis Joseph M. Maraviglia in suis legibus prudentiæ episcopalis, *lege 303. 304. 305. & 306. quem vide.* *

41 Miracula, gratiæ, beneficia &c. quæ præsumuntur accepta à Deo ad intercessionem alicujus mortui cum opinione Sanctitatis, non possunt imprimi sine licentia Sedis Apostolicæ, nisi fuerit Canonizatus, vel Beatificatus. Urban. VIII. constitut. 37. *incip. Sanctissimus.*

42 Miracula, gratiæ &c. talis mortui non Canonizati, nec Beatificati publicari non possunt sine præfata licentia sub pœna Clericis secularibus privationis officiorum, suspensionis à divinis, & administrationis sacramentorum; Regularibus vero omnium officiorum, necnon vocis activæ, & passivæ; Urbanus VIII. constit. *incip. Sanctissimus::* Unde Laurent. de Franchis in *Controv. inter Episcop. & Regulares pag. 252. vers. Ad 10. relatus à Barbosa de offic. & potest. Episc. allegat. 97.*

43 num. 6. circa finem refert quod, quando miracula fieri dicuntur in aliqua Ecclesia seculari, sive regulari, virtute sacrarum Imaginum, statim Episcopi mandant operiri Imagines, Januas Ecclesiæ claudi, & impediunt concursum hominum, ne miracula publicentur, nisi prius per testes legitimos fuerint sufficienter probata, & processus, sive aliquid hujusmodi mittatur ad Papam. Et *ibidem vers. Ad 12. tenet, quod tam seculares, quam Regulares admittentes nova miracula puniri possint ab Episcopo.*

44 Hic juvat afferre magnum, & maximum miraculum sic appellatum à Decano aliisque Sacræ Romanæ Rotæ Auditoribus, & relatum à numquam satis laud. Summo Pontifice Benedicto XIV. in *appendice in fine tertii tomi sui undequaque Aurei Operis de Servorum Dei Beatificatione, & Beatorum Canonizatione.* Et est, quod Beatus Petrus Baptista Sacerdos, & Concionator mei Seraphici Ordinis, ac Commissarius Delegatus ad Tyrannum Japoniæ, cum legationem sibi commissam felicissime ad optatum finem perduxisset, ac sibi illius Tyranni, seu Imperatoris animum devinxisset, obtinissetque facultatem ædificandi monasterium, & ecclesiam in civitate de Meaco Regia illius Imperatoris, & exinde plurimos illius nationis, qua verbis, qua exemplis, & charitativis officiis una cum sociis ad catholicam fidem convertisset, valde ob id iratus Tyrannus, indixit ei, & sociis mortem crucis, & ut sic crucifixi eorum corpora in cruce ad aliorum terrorem per bimestre remanerent; quo tempore dictus meus Beatus Petrus Baptista pluries ac pluries visus fuit derelicta cruce, celebrare missam in Ecclesia sui monasterii, sibi ministrante Antonio Doxico ætatis 13. annorum, qui ministraverat ei vivus in missa, & postea simul cum ipso crucifixus fuerat. Unde uti constat ex processu pro eorum canonizatione jussu Urbani VIII. à supradictis constructo, & *loco citato* integre allato, sæpissime eveniebat, quod corpus Beati Petri Baptistæ, & dicti Antonii non videbantur in cruce; & postea transacto tempore celebrationis missæ, audientibus interim adstantibus canticum quasi cœlestem, iterum videbantur in cruce eodem modo, quo martyr in illa passi fuerant, quod uti revera est, merito appellatur magnum, immo maximum *Miraculum.*

45 De variis miraculis à Christo Domino in terris degente patris disseritur in hac bibliotheca, *verb. Hemorroissa, verb. Magi, verb. Filius Viduæ Naim, & verb. Samaritana.*

Alia ad rem, vide *verb. Veneratio Sanctorum.*

MISSA PROUT EST SACRIFICIUM.

ARTICULUS I.

Quoad ejus esse, effectus, & fructus.

SUMMARIUM.

- 1 *M*ISSA est vere, & proprie Sacrificium vereque repræsentativum mortis Christi.
- 2 *I*stud Sacrificium in Missa incruentum idem est cum Sacrificio in Cruce cruento.
- 3 *H*æc mystica immolatio carnis Christi, quæ fit manibus Sacerdotis, Christi passio, Crucifixio, mors vocatur, non rei veritate, sed significante Mystério.
- 4 *E*ffectus Sacrificii Missæ est triplex, scilicet Propitiatorius, seu Meritorius, Satisfactorius, & Impetratorius.
- 5 *M*issæ Sacrificium quomodo sit Propitiatorium, seu meritorium?
- 6 *Q*uomodo sit Satisfactorium?
- 7 *Q*uomodo sit Impetratorium?
- 8 *F*ructus seu valor Sacrificii Missæ est etiam triplex scilicet Generalis, medius, seu specialis, & Personalis seu specialissimus.
- 9 *F*ructus Generalis competit ex instituto Ecclesiæ generaliter omnibus.
- 10 *M*edius, seu specialis competit illi, qui pro aliis celebrans offert, & applicat Missam, sive Charitate, sive ex justitia recepto stipendio.
- 11 *P*ersonalis, seu specialissimus competit tantummodo ipsi Sacerdoti celebranti, nec est alteri applicabilis.
- 12 *F*ructus Sacrificii alius potest esse ex opere operantis, & alius ex opere operato; Fructus ex opere operantis unde proveniat?
- 13 *F*ructus ex opere operato unde proveniat?
- 14 *F*ructus, seu valor Sacrificii Missæ non est infinitus, sed finitus.
- 15 *A*ffertur ratio ad num. 16.
- 17 *Q*uædam observatione digna ad articuli complementum in Tyronum gratiam inducuntur, ad n. 19.
- 20 *A*lia ad rem, remissive.

*M*ISSA est vere, & proprie sacrificium, *cap. firmiter, 1 de Sanctissima Trinitate, Concilio Tridentino sess. 22. Canon. 1. vere quid repræsentativum mortis Christi. Concil. Coloniens. II. part. 7. cap. 27. Et istud sacrificium in missa incruentum idem est cum sacrificio in cruce cruento, quia licet Christus resurgens ex mortuis, jam non moriturus, mors illi ultra non possit dominari, atamen in semetipso immortaliter, & incorruptibiliter vivens, pro nobis iterum in hoc mysterio moritur, cap. Utrum 72. dist. 2. de consecr. Hæc enim mystica immolatio carnis Christi quæ fit manibus Sacerdotis Christi passio, mors, crucifixio vocatur non rei veritate, sed significante mysterio, cap. Hoc est 48. dist. 4. de consecr.*

*E*ffectus Sacrificii missæ est triplex, scilicet propitiatorius seu meritorius, satisfactorius, & Impetratorius. Sic colligitur ex *Trid. sess. 22. Can. 3. ubi hæc habet expresse: »Si quis dixerit, missæ sacrificium tantum esse laudis, & gratiarum actionis, aut nudam commemorationem sacrificii in cruce peracti, non autem propitiatorium, neque pro vivis, & defunctis, pro peccatis, pœnis, satisfactionibus, & aliis necessitatibus offerri debere, anathema sit.* Est enim missæ sacrificium propitiatorium seu meritorium, quia ejus virtute, & intuitu Deus fit offerenti, & iis, pro quibus offertur, propitius, conferendo ipsis auxilia gratiæ, quibus excitentur ad veram pœnitentiam, sicque ad consequendam peccatorum remissionem virtute perfectæ contritionis, vel attritionis cum Sacramento, ex *Trid. sess. 22. cap. 2. His verbis. »Hujus quippe oblatione placatus Do-*